AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA



BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1984

M. TVLLI CICERONIS

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 25a

PRO M. AEMILIO SCAVRO ORATIO

RECOGNOVIT

ELŻBIETA OLECHOWSKA



BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1984

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE

HVIVS TEMPORIS

REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

BSB B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Leipzig, 1984

1. Auflage

VLN 294/375/13/84 · LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,

Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97

Bestell-Nr. 666 182 4

01600

PRAEFATIO

Scauriana oratio codicibus non nisi duobus et mutilis tradita est. quamquam ipsa abundantia testimoniorum fragmentorumque, quae apud rhetores, grammaticos, scholiastas et inprimis apud Asconium inveniuntur, contextum orationis integrum restituere non potest neque propriis quaestionibus spinosis caret, tamen ad textum emendandum ac vero ad fragmenta disponenda multum valet.

De codicibus deleticiis qui textum nostrum praebent editores Tulliani nec non viri librorum manuscriptorum et palaeographiae Latinae periti satis disserebant.[1]) quae vero necessaria ad traditionem cognoscendam puto, hic breviter exponam.

Saeculo ut videtur quinto oratio pro M. Aemilio Scauro habita ultimum membranis commissa fuit. in monasterio S. Columbani Bobiensi (saeculo septimo ineunte condito) tales codices antiquiores asservabantur utique duo sed non nimis religiose: mox membranarum penuria vel scribae ignorantia vel pietas inconsulta de fatis codicum Scaurianae decreverunt. ambo libros monachi Bobienses rescripserunt; unum Augustini Collatio cum Maximino obscuravit, alterum Sedulii Paschale carmen. per mille fere annos et usque ad septimum decimum saeculum codices pretiosi in bibliotheca monasterii remanebant. saeculo septimo decimo unus Augustam Taurinorum, alter Mediolanum translatus est, ubi saeculo undevicesimo ineunte viri docti sub Christianorum auctorum verbis priorem scripturam felici fortuna cognoverunt.

T Codex rescriptus Taurinensis Bibliothecae Nationalis A. II. 2*, membranaceus, foliis 47–51 continet Scaurianam saeculo quinto exaratam scriptura continua capitali rustica, binis columnis versuum 21 (versus litteras 18 continet): 2 *-tis suae rerumque* . . . 7 *etiam facilius*; 18 *quoniam habet* . . . 28 *odium popu-*; 31 *aut eius qui* . . . 36 *detraxerint*; 46 *-tuisse*

---

1) Cf. conspectum librorum apud E. A. Lowe, Codices Latini Antiquiores . . ., Oxford 1934–1966, pars III: Italy: Ancona – Novara, 1938, 46; pars IV: Italy: Perugia–Verona, 1947, 35. cf. etiam P. Krüger, Miscellen. Ciceroniana, Hermes 5, 1871, 146–149; C. M. Francken, Ad Ciceronis palimpsestos, Mnemosyne N. S. 11, 1883, 374–386; F. Schoell, Zu dem Turiner Cicero-Palimpsest, RhM 50, 1895, 155–158; C. H. Beeson, The palimpsests of Bobbio, Miscellanea Giovanni Mercati 6, Studi e testi 126, Vatican 1946, 162–184; Lowe, Palaeographical papers, 1907–1965, ed. by L. Bieler, Oxford 1972, II, 480–519; R. Seider, Beiträge zur Geschichte und Paläographie der antiken Cicerohandschriften, Bibliothek und Wissenschaft 13, 1979, 101–149.

templo ... 50 *igitur te modo*. constat 52 foliis quorum 48 in 96 bifolia Augustini scriba Bobiensis mutavit. inventarium bibliothecae monasterii a. 1461 confectum codicem Augustini numero designavit 19; Augustae Taurinorum sub numero D. IV. 22 asservabatur, ubi eum a. 1820 Amedeus Peyron invenit et Tulliana verba exposuit. cetera folia fragmenta praebent Quinctianae (50–53, 66–70, 92–93) tribus foliis, Caecinianae (6–9, 13–16, 38–41, 47–50, 62–65) foliis quinque, Manilianae (40–43) uno folio, Cluentianae (1–7, 18–24, 32–38, 74–78, 92–94, 101–103, 129–131, 145–147) foliis duodecim, Caelianae (38–42, 54–56, 66–69) quattuor foliis, Pisonianae (17–23, 33–36, 47–50, 61–66, 75–82) octo foliis, Milonianae (29–32, 34–36, 72–75, 92–95) quinque foliis, Tullianae (1–4, 7–11) octo foliis, In Clodium (19–24) uno folio, In Verrem (3, 44–45) uno folio; nec non unciali scriptura sexto saeculo[1]) exarata fragmenta epistularum ad familiares et incerta Liviana fragmenta. a. 1904 incendio consumptus, sed diplomatica quae dicitur transcriptio textus Tulliani in editione A. Peyron continetur, phototypice vero expressa folia selecta inveniuntur apud C. Cipolla, Codici Bobbiesi della Bibl. Nazionale di Torino, Milano 1907, 36sqq., tabulae II 2–14, V 2; F. Carta, C. Cipolla, E. Frati, Monumenta palaeographica sacra, Torino 1899, 10, tab. XI; E. Chatelain, Paléographie des classiques latins, Paris 1884, pars I, 8. 32, tab. XXIX 2; Codices Latini Antiquiores... IV 12.

A Codex rescriptus Mediolanensis Bibliothecae Ambrosianae R 57 sup. = S. P. II. 66, membranaceus. Scauriana saeculo quinto, scriptura continua capitali rustica, ternis columnis versuum quattuor et viginti (versus litteras 12 continet) exarata est foliis I–VI, quorum primo Sedulii 20/29 et 19/30 congruunt, secundo 38/49 et 37/44, tertio 6/11 et 5/12, quarto 8/9 et 7/10, quinto 2/15 et 1/16 et sexto 18/31 et 17/32. foliis I–VI continentur: Scaur. 8 *te dixi* ... 25 *atque iniurias*; 29 *-litu Aetnam* ... 45 *Scipionum int-* cum scholiis; foliis VII–X: Tull. 4–23; folio XI: Flacc. fragmentum quod dicitur Mediolanense; folio XII: Cael. 71–75. palimpsestum in bibliotheca Ambrosiana invenit et editionem principem curavit Angelus Mai.

Inter viros doctos controversia quaedam vel potius dissensio evenit quae ad aetatem codicum rescriptorum aestimandam pertinet. omnes tamen Ambrosianum suppari vel non multo recentiori quam Taurinensem aevo exaratum esse consentiunt. A. Mai, qui primus scripturam primariam palimpsesti examinavit, codicem non posteriorem saeculo III esse declaravit. Peyron similiter Taurinensem saeculo II vel III tribuit. perraro tamen antiquitatis codicis aequus iudex est qui librum invenit. Chatelain, vir eruditissimus de palaeographia Latina bene meri-

1) D. R. Shackleton Bailey, Cicero Epistulae ad familiares, Cambridge 1977, I, 7.

tus, in sua palimpsestorum Bobiensium descriptione[1]) Ambrosianum saeculo quinto exaratum adfirmat, Taurinensem quarto sed dubitanter. hanc aestimationem Clark[2]) tacite secutus est. Lowe[3]) autem, qui nostra aetate peritissimus codicum antiquiorum scripturae videatur, Taurinensem posteriorem saeculo quarto existimat. ex forma enim litterarum clare elucet Ambrosianum nec non Taurinensem saeculo quinto assignandos esse. viri doctissimi auctoritate et sapientia freta eius sententiae libenter adsentior. recentes editores Scaurianae, Ghiselli (a. 1966, a. 1975) et Grimal (a. 1976) nullis causis adlatis ad pristinam opinionem redierunt.

Cum palimpsestus Taurinensis, quod valde dolendum est, flamma deletus in bibliothecae Athenaei incendio a. 1904 deperiisset, ad textum recensendum usa sum accuratissima transcriptione a Peyron[4]) confecta, nonnullis vero locis a F. Schoell[5]) correcta. dum autem in praefatione editionis Peyronianae[6]) legebam, quibus remediis vir doctus scripturam pristinam in lucem protrahere studuisset, obstupebam et vix oculis credere poteram. cum frustra membranas liquore gallae orientalis nec non prussiato ammoniacae lavisset, chemici Gioberti consilio primum in acidum muriaticum, secundum in prussiatum potassae eas mersit et denique aqua eluit. barbare vero sed, ut ex transcriptionibus videtur, efficienter palimpsestus examinatus accurateque collatus est. similiter Ambrosianus a Mai liquore gallae, acidis aliisque venenis perrosus adeo atratus a. 1915 erat ut, F. Schoell[7]) teste, imaginibus lucis ope pictis „praeter Sedulii versus suprascriptos omnino nihil appareret".

Ghiselli[8]) tamen palimpsestum superstitem denuo inspexit in instituenda editione Bononiensi quae a. 1966 prodiit. novas lectiones tres satis incertas expiscatus est: Scaur. 40 *coniurationi* pro *coniuratioui*, *varietate* pro *uarietase*; 43 *de . . . . es* pro *de . . . . . . ones*. pauca etiam de crescenti corruptione testis pretiosi subiunxit et praecipue de litteris quae mediis vel extremis foliis evanuissent.[9])

Priusquam de natura et indole utriusque testis dicere incipiam, quod ipsa ex Ambrosiano cognoverim, brevi exponam. cum reverendissimum Angelum Paredi bibliothecae Ambrosianae praefectum rogavissem ut

---

1) E. Chatelain, Paléographie des classiques latins, Paris 1884, pars I, 7–8.
2) The Descent of Manuscripts, Oxford 1918, 13. 14. 138. 154.
3) CLA III, 8 et IV, 12, cf. etiam Seider, op. cit., 105–106 qui nuper Lowe opinionem confirmavit.
4) M. Tulli Ciceronis orationum pro Scauro . . . fragmenta inedita . . . Amedeus Peyron, Stuttgardiae et Tubingae 1824, 13–14. 16. 19–20. 23–24. 27–28. 33–34.
5) Cf. Schoell, Zu dem Turiner . . . 155–158 et in editione a. 1919, praef. LXV–LXVI.
6) M. Tulli Ciceronis orationum pro Scauro . . . 3–5.
7) Praef. editionis Teubnerianae a. 1919, LXV.
8) Cf. praef. ed. tertiae a. 1972, 30–31.
9) Cf. praef. ed. tertiae, 30, nota 8.

palimpsestum Tullianum oculis cernere mihi liceret, non solum codicem ipsum pretiosissimum in bibliotheca examinandum mihi concessit sed etiam liberalitate insigni membranas lucis ultraviolaceae ope depingere peritissimo cuidam photographo Mediolanensi iussit, ut domi eis commode uti possem. gratias summas viro benevolenti hoc loco ago. membranas ipsas necnon imagines earum adsiduo labore inspexi et magna cum diligentia contuli sed dubito, an sine transcriptionis ope et auxilio Ciceronis verba dispicere potuerim.

Ambrosianus, ut supra memoravi, duas trium foliorum partes continuas Scaurianae (§§ 8–25, 29–45) praebet. folio autem uno multum lacerato, quod ex tegumento codicis Mai extraxit, fragmentum sex linearum binis columnis legitur. palimpsestus Taurinensis quattuor fragmenta orationis continet: Scaur. 2–7, 18–28, 31–36, 46–50. ex quo conspectu manifeste liquet Taurinensis testis cum Ambrosiano fragmenta non nisi duo comparari posse: 18 *quoniam habet* . . . 25 *atque iniurias* et 31 *aut eius qui has* . . . 36 *fama detraxerint*. conspectus locupletissimus locorum quibus palimpsesti **A** et **T** differunt hic ponitur:

(1)	§ 18	defendendo **A** defendo **T**
(2)		nitere testibus **T** (testib)us (nite)re **A**
(3)		bonis uiris **T** (uiris b)o(nis) **A**
(4)		probatis **T** p(ro)ua(tis) **A**
(5)		sit confligendum **T** confligendum sit **A**
(6)	§ 19	dicet **T** dicit **A**
(7)		quis id sciet quis **T** quis id sciet quis id **A**
(8)		iudicabit **T** iudicauit **A**
(9)		si **T** se **A**
(10)	§ 20	expresso et **A** epresso **T**
(11)		suptiliter neg. **T** subtiliter nec **A**
(12)		istorum **T** istum illorum **A**
(13)		mihi quisque **T** quisque mihi **A**
(14)	§ 21	prosternenda **T** prositernenda **A**
(15)		u(n)o **A** unum **T**
(16)		petoauobis **A** petauobis **T**
(17)		iacere fundamenta **A** fundamenta iacere **T**
(18)		sierunt **A** fierunt **T**
(19)	§ 23	Triari **A** Triarii **T**
(20)		ieris **A** ieris *ex* eris **T** (i *supra* e *scr.*)
(21)		ferox **A** ferax **T**
(22)		fiducia **A** fidicia **T**
(23)		laelium **T** uaelium **A**
(24)		ac facetum *om.* **A**
(25)		i//quet **A** (quint. *Ghiselli*) titiq. **T**
(26)		quaereretur **T** quaeretur **A**
(27)		postularet **A** postulare **T**
(28)	§ 24	M. *om.* **A**
(29)		putasti **T** putusti **A**
(30)		ad me *om.* **T**
(31)		quid **A** qui **T**
(32)		atqui **T** adqui **A**

(33) prudentes *bis* **A** *a. c.*
(34) usu **A** usuo **T** *a. c.*
(35) in prouinciaṃ ipsa **T** in prouincia ipsa **A**
(36) et discendam *om.* **A**
(37) § 31 depoposcit **A** depopossit **T**
(38) non *om.* **T**
(39) in gratiam reditum **A** reditum in gratiam **T**
(40) § 32 auoseius **T** auos **A**
(41) § 33 suscessori **T** successum **A**
(42) uoluit **T** etuoluit **A**
(43) memoria excelleret **T** memoriam lacesseret **A**
(44) etiam et ualde peruagata **T** etiamnum et uulgata **A**
(45) tam **A** tamen **T** *om. Ascon. Scaur. 27, 2–6 Stangl*
(46) § 34 nondum **T** *Ascon.* non **A**
(47) certum constituerat cum hoc sibi **T** certum constituerat cum hoc sibi certum **A** certum constitutum erat cum illo sibi *Ascon.*
(48) neq. ipse **T** neque **A**
(49) § 35 fratriinhonorefratris **A** fratrinhonorefratris **T**
(50) quiquid **A** qum//quid **T**
(51) supplicesi **A** supplicei **T**
(52) salutemque **A** satutemq. **T**
(53) putassemel **A** putassentuel **T**
(54) § 36 scauri **T** sauri **A** *a. c.* (c *supra* s *scr.*)

quod autem ex his conspectibus colligitur, breviter hoc loco commemorabo. ut ratione aliqua illam indigestam turbam lectionum disponam, inprimis in varia eas genera distinguo, et praecipue:

1° verba omissa vel addita (10, 12, 24, 28, 30, 36, 38, 40, 42, 46, 48, 51)
2° collocatio verborum mutata (2, 3, 5, 13, 23, 39, 43)
3° repetitiones (7, 33, 47)
4° compendia male soluta (11, 25, 44?, 45)
5° corruptelae quae ex scriptura continua in columnis disposita orta sunt (16, 18, 23, 31, 49, 50, 53)
6° quae litterarum forma exemplaris explicantur (6, 9)
7° quae de scribae origine vel codicis aetate testantur (4, 8, 32)
8° correctiones (omnes vero incertae manus) (20, 34, 35, 54)
9° nugae aperte mendosae (1, 14, 22, 26, 29, 37, 52).

Taurinensis textum plane integriorem quam Ambrosianus praebet, perraro verba et brevissima omittit. ex Ambrosiano autem nec vero exemplari eius nullo modo manare potest. collocatione verborum saepe palimpsesti inter se differunt; non nimis arte, ut videtur, fontes eorum inter se cohaerebant.[1]) Ambrosiani lectiones 4, 8, 32 aetatem originemque Byzantinam quae dicitur indicant. lectiones mendosae etiam frequentiores in Ambrosiano quam in Taurinensi occurrunt.

---

1) De Ambrosiani codicis exemplari Clark pauca subiungit, The Descent ... 154–155.

Felici fortuna evenit ut Scaur. 33 *neque vero* . . . 34 *putabat* duobus palimpsestis traditum Asconius etiam laudet. ad hunc locum spectant lectiones[1]): § 33 tam **A** tamen **T** *om. Ascon.*; § 34 nondum **T** *Ascon.* non **A**; certum constituerat cum hoc sibi **T** certum constituerat cum hoc sibi certum **A** certum constitutum erat cum illo sibi *Ascon.* ex his apparet unumquemque testem diversum traditionis ramum servatum esse. si unius lectionis communis (§ 34 *nondum*) auctoritate aliquid adfirmare auderem, librum Tullianum, quo Asconius usus, Taurinensi potius quam Ambrosiano adfinem esse declararem. Taurinensi etiam viri docti[2]) primum locum assignandum esse existimaverunt, secundum Ambrosiano. mihi vero duorum codicum lectiones etiam atque etiam consideranti omnino non videtur Taurinensem adeo bonitate Ambrosiano praestare. recte enim F. Schoell[3]) monet, ne illa aestimatione abutamur. quae cum ita sint, omnes lectiones quae duobus palimpsestis continentur in apparatum criticum recipio religiose, bonitatem earum potius quam codicum ipsorum considerandam esse puto. litteris maiusculis lectiones palimpsestorum exprimendas esse arbitror, fines linearum foliorumque plane significandas.

Vt lectoris commoditati inservirem, vestigia orthographiae antiquae in codicibus rescriptis inventa in apparatum relegavi. quod ad textum vero spectat, in rebus orthographicis consuetudinem tutam restitutioni turbulentae praepono et omnia ad normam solitam redigo.

Scholia minimi pretii ad novem Scaurianae locos, quae in margine palimpsesti Ambrosiani leguntur, in apparatu secundum Thomae Stangl editionem Vindobonensem a. 1912 citantur.

Quattuor autem saeculis antequam palimpsesti Tulliani e tenebris in lucem evocati sunt, Poggio Bracciolini Florentinus de tot veteribus codicibus bene meritus a. 1416 in monasterio Sangallensi[4]) commentarios Asconii Pediani in orationes Tullianas invenit et inter alios commentarium in Scaurianam. codicem illum Sangallensem nunc deperditum descripserunt ipse Poggio et Bartolomeo da Montepulciano, anno vero 1417 tertium directum apographum exaravit Zomino da Pistoia.

Asconius cum Scaurianam enarraret tredecim fragmenta ex variis orationis partibus excerpta laudavit. quorum duodecim sola eius auctoritate exstant; tertium decimum (Scaur. 33 *neque vero* . . . 34 *putabat*), ut supra memoravi, duo palimpsesti etiam praebent.

---

1) Cf. conspectum, lectiones 45, 46, 47.

2) C. M. Francken, Ad Ciceronis palimpsestos . . . 385 quem secuti sunt Mueller, Clark, Ghiselli, Grimal.

3) Cf. ed. a. 1919 praef. LXVI.

4) Cf. praef. ed. Asconianae a. 1907 a Clark curatae, XI – XVI et The Descent . . . 364 – 382.

Addere placet quod contextus Asconii uno et triginta codicibus exstat.[1]) praeter tria illa codicis Sangallensis apographa octo et viginti recentiores ad traditionem Asconianam pertinent. quorum viginti sex ex apographo Poggiano, unum vero ex Pistoriensi manare iam dudum inter viros doctos constat. duos nusquam adhuc adhibitos nuper J. M. Flambard[2]) examinavit; unum codici Pistoriensi, alterum Poggiano cognatum esse declaravit.

Redeo ad tria directa apographa codicis Sangallensis, quorum unum a Poggio[3]) perscriptum nunc in Bibliotheca Nationali Matritensi asservatum numero 8514 (olim X 81) insignitum est; alterum[4]) ad exemplar, quod Bartolomeo da Montepulciano perscripserat, scriba quidam Mediceus exaravit; inter codices Florentinos Bibliothecae Laurentianae exstat numero plut. 54, 5 distinctum. tertium[5]) a Zomino da Pistoia descriptum Bibliotheca Pistoriensis Municipalis Forteguerriana sub siglo 21 (olim A 37) habet. lectiones quae his tribus testibus traduntur in meo apparatu critico invenies. quamquam enim uno ex fonte originem ducunt, unusquisque eorum diversas virtutes vitiaque exhibet.[6])

Restat ut aliorum testimoniorum conspectum hic subiungam:

Amm. 22, 15, 24
Aquila rhet. 30, 1–2
Arus. gramm. 7, 453, 15; 7, 466, 11–12; 7, 480, 4–5; 7, 488, 18–20; 7, 503, 17–18; 7, 505, 10; 7, 508, 6–7
Aug. rhet. 20, 150, 8–15
Char. gramm. 1, 224, 13
Cic. or. 223–224
Consent. gramm. 5, 386, 24
Diom. gramm. 1, 466, 6–7
Eugraph. Ter. Haut. 4, 3, 38

1) Cf. J. M. Flambard, Q. Asconii Pediani commentarii, Paris 1974, I, XIII–XXXIII, conspectus codicum recentiorum, I, XXI–XXIV. exemplum suum phototypice expressum benigne utendum mihi concessit auctor cui hic gratum profiteor animum.

2) Codices Vaticani, Ottobonianus Latinus 1322, chartaceus, saec. XV et Barberinianus 131 (olim VIII 131) chartaceus, saec. XV, cf. Flambard, op. cit., I, XX. XXVI–XXXIII.

3) C. Giarratano, Due codici di Asconio Pediano, il Forteguerriano e il Madrileno, Studi di Fil. Classica 14, 1906, 195–205; Th. Stangl, Eine Photographie von Poggios Madrider Handschrift des Asconius und Ps. Asconius, BPhW 30, 1910, 637–639, codicem apographum apographi Poggiani esse censet, sed cf. contra B. L. Ullman, The Origin and development of humanistic script, Rome 1960, 21. 57 et Flambard, op. cit., I, XV–XVII. de Matritensi disserebant alii viri docti, ut Giarratano, op. cit., et Clark, The Madrid MS. of Asconius M. 81, CR 10, 1896, 301–305; The literary discoveries of Poggio, CR 13, 1899, 119–130, nec non editores Asconiani, cf. conspectum editionum.

4) Giarratano, I codici fiorentini di Asconio Pediano, Firenze 1906; Flambard, op. cit. I, XVII–XVIII.

5) A. G. Kiessling, De Asconii codice Pistoriensi disputatiuncula, Gryphiswaldiae 1873; Giarratano, Due codici ... 195–205; Flambard, op. cit., I, XIV–XV.

6) Cf. Giarratano, praef. XVI–XVII, Flambard, op. cit., I, XVII–XX et al. edd.

Fortun. rhet. 3, 5 (Rhet. Lat. min.) 123, 25–27
Grill. rhet. 603, 28–34
Isid. orig. 12, 2, 21; 19, 23, 5
Iul. Ruf. rhet. 47, 27
Iul. Sev. rhet. 4, 357, 5–12; 10, 360, 9–14; 13, 362, 8–10
Mart. Cap. rhet. (Rhet. Lat. min.) 454, 26–27; 480, 13–14
Quint. inst. 1, 5, 8; 2, 1, 89; 5, 13, 28; 5, 13, 40; 6, 1, 21; 7, 2, 9–10; 8, 6, 47; 9, 2, 15
Pomp. gramm. 5, 144, 29–30; 5, 284, 22
Porph. Hor. Sat. 2, 1, 56
Prisc. gramm. 2, 219, 7–13; 2, 317, 19–21
Rufin. gramm. 6, 571, 8–15
Schol. Cic. Bob. in Sest. 116 (135, 29–30 Stangl)
Schol. Lucan. 1, 427
Serv. georg. 1, 58; 1, 174.

Cum traditionem typis expressam considerabam, duas nonnumquam congruentes series editionum investigare debebam. fragmenta enim Scaurianae, antequam Mai et Peyron palimpsestos Bobienses invenerunt, inter aliarum deperditarum fragmenta vel in commentariis Asconianis legebantur. unde duo conspectus editionum hanc praefationem sequuntur.

Nunc venio ad dispositionem fragmentorum, quam faciliorem nobis vel ipsius Ciceronis[1]) auctoritas vel Asconiani commentarii auxilium reddit. collocationis fragmentorum fundamenta iacuit C. Beier[2]), quem H. Gaumitz[3]) secutus satis, ut videtur, accurate orationis fragmenta longiora et lacinias, quae apud grammaticos exstant, disposuit. numerationem fragmentorum ultimae editionis Teubnerianae a F. Schoell a. 1919 paratae probo et recipio. hanc editionem, quae ab illa nugis tantum differt, auctiorem potius atque correctiorem quam re vera novam considerare debeo.

Restat ut munus iucundissimum persolvam et omnibus quibus debeo gratias agam, praecipue vero Bibliothecae Ambrosianae, Scholae Princetoniensi studiis sublimioribus destinatae, Bibliothecae Vniversitatis Genavensis nec non Bibliothecae Vniversitatis McGill Canadiensis quae me omnes in hoc libello parando hospitium divitiasque librorum invicem praebebant.

Gratias ex animi sententia ago etiam Ludovico Holtz, viro antiquiorum codicum peritissimo qui me Lugduni anno 1982 exeunte egregio consilio adiuvit.

Scripsi Monteregio Canadiensi mense Ianuario a. MCMLXXXIII

Elżbieta Olechowska

---

1) Scaur. 22
2) Cf. Conspectum editionum.
3) De Ciceronis pro Scauro oratione. Leipziger Studien zur class. Philologie 2, 1879, 265–289; cf. etiam edd. posteriores.

CONSPECTVS LIBRORVM

CONSPECTVS EDITIONVM ASCONII

Hieronymus Squarzaficus Alexandrinus (Girolamo Squarzafico). Venetiis: Johannes de Colonia, Johannes Manthen de Gerretzem, 1477
Venetiis: Christophorus de Pensis de Mandello (Cristoforo de' Pensi), 1492
Mediolani: Leonardus Pachel, 1493
Antonius Francinus Varchiensis (Antonio Francino Varchiese il Vecchio). Florentiae: Bernardus Iunta, 1519
Nicolaus Beraldus Aurelius (Nicolas Berauld). Lutetiae: C. Resh, P. Vidoa (Pierre Vidoue), 1520
Venetiis: Franciscus Asulanus (Francesco Torresano d'Asola), 1522
Philippus Melanchthon. Hauniae: J. Secerius, ca. 1530; Argentorati 1535
Jacobus Lodoicus Tiletanus (Jacques Loys de Thielt). Parisiis: Johannes Lodoicus Tiletanus (Jean Loys), 1536
Paulus Manutius (Paolo Manuzio). Venetiis: ex officina Aldina, 1547, 1553², 1563³
Franciscus Hotomanus (François Hotman). Lugduni: J. Tornaesius, G. Gazeius, 1551
Venetiis: 1552
Titus Popma Phrysius. Coloniae: L. Alectorius, haeredes J. Soteris, 1578
F. Hotman, cum emendationibus Petri Danesii (Pierre-Hilaire Danès). Basileae 1594
Coloniae: Anton Hierat, 1621
Lugduni Batavorum: F. Haack, 1644, 1675
Jacobus Gronovius (Jakob Gronov). Lugduni Batavorum: Petrus van der Aa, 1692
Lugduni Batavorum: Thomas-Theodorus Crenius (Th.-Th. Crusius), 1698
Ioannes Georgius Graevius (Greffe). Amstelodami: P. et I. Blaeu, 1699 (cum orationibus)
Isaacus Verburgius. Amstelodami: Wetsten, 1724
I. Verburgius. Venetiis: Franciscus Pitteri, 1731
Ioannes Augustus Ernesti, Leipzig: J. C. Martin, 1734; Halle: Orphanotropheum, 1756–1757
Adolf Kiessling, Rudolf Schoell, Berlin: Weidmann, 1875
Albert Curtis Clark. Oxford: Clarendon press, 1907
Thomas Stangl. Wien: Hölder-Pichler-Tempsky, 1912 (Hildesheim: G. Olms, 1964)
Cesare Giarratano. Roma 1920 (Amsterdam: A. Hakkert, 1967)
Jean-Marc Flambard. Diss. Paris 1974 (tirage offset)

CONSPECTVS EDITIONVM SCAVRIANAE

Orationum fragmenta
Carolus Sigonio. Venetiis: Giordano Ziletti, 1559, 1560
Andrea Patrizzi. Venetiis: Giordano Ziletti, 1561, 1565
Robertus Stephanus. Amstelodami: Elzevir, 1642, 1659
Angelus Mai. Mediolani: I. Pirota, 1814
A. Mai. Francofurti: Hermann, 1815
Andreas Wilhelm Cramer, Karl Friedrich Heinrich, Kiliae: Hesse, 1815

A. Mai. Londini: Mawman, 1816
A. Mai. Mediolani: Regiis typis, 1817
I. A. Ernesti. Halis Saxonum: Orphanotropheum, 1820–1830
Christian Gottfried Schuetz. Lipsiae: G. Fleischer, 1814–1823
Amedeus Peyron. Stuttgardiae et Tubingae: I. G. Cotta, 1824
Carolus Beier. Lipsiae: B. G. Teubner, 1825
J. Victor Leclerc, Paris 1831
Ioannes Casparus Orelli, Ioannes Georgius Baiter, Turici 1833
I. C. Orelli, I. G. Baiter, Carolus Felix Halm. Turici: Orelli, Fuessli, 1861
C. Ludovicus Kayser. Lipsiae: B. Tauchnitz, 1862
P. Charpentier. Paris 1866–1874
Carolus Fridericus Wilhelmus Mueller, Leipzig 1886
A. C. Clark. Oxford: Clarendon press, 1911
Fr. Schoell. Lipsiae: B. G. Teubner, 1919
N. H. Watts. London: Heinemann, 1931
Alfredus Ghiselli. Bologna: Patròn, 1966, 1969, 1972
A. Ghiselli. Milano: A. Mondadori, 1975
Petrus Grimal. Paris: Les Belles Lettres, 1976

CONSPECTVS DISPVTATIONVM
AD TEXTVM SCAVRIANAE VEL AD LIBROS
MANVSCRIPTOS SPECTANTIVM

Beer, R., Bemerkungen über den ältesten Handschriftenbestand des Klosters Bobbio, Anzeiger der kaiserl. Akademie der Wissenschaften, Phil.-Hist. Klasse, 48. Jahrg., Wien 1911, 78sqq.
Beeson, C. H., The palimpsests of Bobbio, Miscellanea Giovanni Mercati 6, Studi e testi 126, Vatican 1946, 162–184
Buecheler, Fr., Zu Plautus, Seneca und Persius, Archiv für Lateinische Lexikographie und Grammatik 2, 1885, 116–120
Busche, K., Censura ed. Clark, Oxford 1911, Wochenschrift für klass. Philologie 13, 1912, 342–349 (ad Scaur.: 347–348)
Campana, A. (et al.), Contributi agli Epigrammata Bobiensia, Annali della Scuola Normale Superiore di Pisa, cl. II, 27, 1958, 121–125
Carta, C., Cipolla, F., Frati, E., Monumenta palaeographica sacra, Torino 1899, tab. XI
Chatelain, E., Paléographie des classiques latins, Ie partie, Paris 1884, 7–8
–, Les palimpsestes latins, Annuaire de l'Ecole Pratique des Hautes Etudes, 1904 (publ. 1903), 20sqq.
Cipolla, C., Codici Bobbiesi della Biblioteca Nazionale di Torino, Milano 1907, tab. II 2; III; IV; V 2; 36sqq.
Clark, A. C., The Descent of Manuscripts, Oxford 1918
Codices Latini Antiquiores: a palaeographical guide to Latin manuscripts prior to the ninth century, ed. by E. A. Lowe, Oxford 1934–1966, part. III: Italy: Ancona–Novara, 1938, 28 et 46, part IV: Italy: Perugia–Verona, 1947, 12. 35
Francken, C. M., Ad Ciceronis pro Scauro orationem, Mnemosyne N. S. 11, 1883, 374–386
Gaumitz, H., De Ciceronis pro Scauro oratione, Leipziger Studien zur class. Philologie 2, 1879, 265–289
Gebhardt, O. von, Ein Bücherfund aus Bobbio, Centralblatt für Bibliothekswesen 13, 1896

Gottlieb, Th. von, Über Handschriften aus Bobbio, Centralblatt für Bibliothekswesen 4, 1887, 442 sqq.
Halm, K. F., Beiträge zur Berichtigung und Ergänzung der ciceronischen Fragmente, Sitzungsberichte der K. Bayer. Akad. der Wissenschaften zu München, 2, 1862, 1–44
Krüger, P., Miscellen. Ciceroniana, Hermes 5, 1871, 146–149
Lowe, E. A., Palaeographical papers, 1907–1965, ed. by L. Bieler, Oxford 1972, II, 251–274: More facts about our oldest Latin manuscripts, 480–519: Codices rescripti: a list of the oldest Latin palimpsests with stray observations on their origin, pl. 114–119
Lundström, S., Falsche Eigennamen in den Tuskulanen, Eranos 58, 1960, 66–79
Madden, J. D., Censura ed. P. Grimal a. 1976, CW 71, 1977–1978, 202–203
Madvig, J. N., Adversaria critica ad scriptores Latinos, Hauniae 1873, 230–232
Marastoni, A., Ciceroniana. Cicerone, Pro Scauro 3, 2: imperio o ingenio? Aevum 43, 1969, 453–458
Marshall, B. A., Some Crassi in Cicero's Pro Scauro, Latomus 35, 1976, 91–96
Nardo, D., Censura ed. A. Ghiselli a. 1966, Rivista di Filologia e di Istruzione classica 96, 1968, 466–473
Ottino, G., I codici Bobbiesi nella B. N. di Torino, Torino 1890, 2–3
Perret, J., Censura ed. P. Grimal a. 1976, REL 55, 1977 (1978), 440–444
Rau, S. J. E., Variarum lectionum liber ad Ciceronis orationes pertinens, Lugduni Batavorum 1834 (ad Scaur.: I 98–105; II 80)
Schoell, F., Zu dem Turiner Cicero-Palimpsest, RhM 50, 1895, 155–158
Seebas, O., Handschriften von Bobbio in der Vatikanischen und Ambrosianischen Bibliothek, Centralblatt für Bibliothekswesen 13, 1896
Seider, R., Beiträge zur Geschichte und Paläographie der antiken Cicerohandschriften, Bibliothek und Wissenschaft 13, 1979, 101–149
Shackleton Bailey, D. R., On Cicero's Speeches, HSCP 83, 1979, 280 (237–286)
Sonny, A., Mutto. Mutinus Titinus, Archiv für Lateinische Lexikographie und Grammatik 10, 1898, 382–383
Stangl, Th., Tulliana, Progr. des Luitpold-Gymn. München, Leipzig 1888
Traube, L., Vorlesungen und Abhandlungen, hrsg. von F. Boll, I, München 1909
Wolff, F. C., Observationes criticae in M. Tullii Ciceronis oratt. pro Scauro et pro Tullio et librorum de republ. fragmenta, Flensburg 1824

CONSPECTVS DISPVTATIONVM AD ASCONII TEXTVM VEL AD LIBROS MANVSCRIPTOS SPECTANTIVM

Clark, A. C., The Madrid MS. of Asconius (M. 81), CR 10, 1896, 301–305
–, The literary discoveries of Poggio, CR 13, 1899, 119–130
Flambard, J. M., ed. a. 1974, I, XIII–XXXIII: Introduction: Les manuscrits d'Asconius
–, Notes sur l'histoire du texte d'Asconius à l'époque moderne, MEFR 88, 1976, 375–396
Garrod, H. V., Asconius, Statius, Poggio, Politian and Pithou, CR 27, 1913, 88–90
Giarratano, C., Due codici di Asconio Pediano, il Forteguerriano e il Madrileno, SIFC 14, 1906, 195–205
–, I codici fiorentini di Asconio Pediano, Firenze 1906
–, Il codice Fabroniano di Asconio Pediano, RFIC 34, 1906, 477–482
–, Censura ed. A. C. Clark, a. 1907, Bolletino di Filologia classica 13, 1907, 275–277

Humbert, J., Contribution à l'étude des sources d'Asconius dans ses relations des débats judiciaires, Paris 1925
Kiessling, A. G., De Asconii codice Pistoriensi disputatiuncula, Gryphiswaldiae 1873
Kreyssig, J. Th., Epistola in Livii l. XXXIII, ed. F. Goeller, Francofurti ad M. 1822
Lichtenfeld, C., De Q. Asconii Pediani fontibus ac fide, Vratislaviae 1888
Lockwood, J. F., London mss. of Cicero's de divinatione and Asconius, CQ 33, 1939, 153–156
Madvig, J. N., De Q. Asconii Pediani et aliorum veterum interpretum in Ciceronis orationes commentariis disputatio critica, cum appendice critica, Hauniae 1828
Mancini, A., Index codicum Latinorum Publicae Bybliothecae Lucensis, SIFC 8, 1900, 115–318 (242)
–, Per la critica di Asconio, RFIC 41, 1913, 579–586
Marshall, P., Appositio, Glotta 53, 1975, 292–293
Popma, T., Notae in Asconium Pedianum, Coloniae 1578
Rinkes, S. H., De Q. Asconii Pediani in Ciceronis orationes commentariis emendandis, Mnemosyne 10, 1861, 199–225 (Scaur.: 212–215); 11, 1862, 181–190
Robortelli, F., Variorum locorum adnotationes, Venetiis 1543
Sabbadini, R., La biblioteca di Zomino da Pistoia, RFIC 45, 1917, 197–207
Schmiedeberg, P., De Asconii codicibus et de Ciceronis scholiis Sangallensibus, Vratislaviae 1905
Sigonio, C., Emendationum libri duo, Venetiis 1557
Stangl, Th., Asconiana. Sprachliche und textkritische Untersuchungen, Philologus 69, 1910, 489–550
–, Eine Photographie von Poggios Madrider Handschrift des Asconius und Ps. Asconius, BPhW 30, 1910, 637–639
Ullman, B. L., The origin and development of humanistic script, Rome 1960, 21. 57
Vahlen, J., Opuscula academica I–II, Leipzig 1907–1908

DISPVTATIONES SELECTAE

Adams, J. N., Conventions of naming in Cicero, CQ 28, 1978, 145–166
Alexander, M. C., The "legatio Asiatica" of Scaurus: did it take place?, TAPA 111, 1981, 1–9
Balsdon, J. P. V. D., The history of the extortion court at Rome, 123–70 B. C., PBSR 14, 1938, 98–114
Beck, R. G., Quaestionum in Ciceronis pro C. Cornelio orationes capita IV, Leipzig 1877
Bloch, G. M., M. Aemilius Scaurus. Etude sur l'histoire des partis au VIIe siècle de Rome, Mélanges d'Histoire Ancienne, Université de Paris, 25, 1909, 1–81
Benario, H. W., Asconiana, Historia 22, 1973, 64–71
Brożek, M., Polityczne podłoże stanowiska Cycerona w procesach „De repetundis", Meander 19, 1964, 255–270
Ciaceri, E., Cicerone e i suoi tempi, Genova–Roma–Napoli 1939²
Courtney, E., The prosecution of Scaurus in 54 B. C., Philologus 105, 1961, 151–156
Drumann, W., Groebe, P., Geschichte Roms in seinem Übergange von der republikanischen zur monarchischen Verfassung, Leipzig 1899, t. VI
Fraccaro, P., Scauriana, Rend. Accad. Lincei, cl. sc. mor., ser. 5a, vol. XX, 1911, 169–196
Gaumitz, H., De M. Aemilii Scauri causa repetundarum (a. 700/54), Leipziger Studien zur classischen Philologie 2, 1879, 251–264
Greenidge, A. H. J., The legal procedure of Cicero's time, Oxford 1901 (New York 1971)

Gruen, E., The last generation of the Roman Republic, Berkeley 1974
Henderson, C. jr., The career of the younger M. Aemilius Scaurus, CJ 53, 1957–1958, 194–206
Henderson, M. J., The process "De Repetundis", JRS 41, 1951, 71–88
Humbert, J., Les plaidoyers écrits et les plaidoiries réelles de Cicéron, Paris 1925
Kumaniecki, K. F., Cicerone e la crisi della Repubblica Romana, Roma 1972
–, Historia literatury rzymskiej: Okres cyceroński, Warszawa 1977
–, Zaginione mowy Cycerona w obronie Gajusza Korneliusza, Meander 26, 1971, 298–329
Marshall, B., Another rigged voting tablet? The case of Cn. Domitius Ahenobarbus against D. Iunius Silanus in 104 B. C., Liverpool Classical Monthly 2, 1977, 11–12
–, The date of Q. Mucius Scaevola's governorship of Asia, Athenaeum 54, 1976, 117–130
–, Two court cases in the late second century B. C., AJPh 98, 1977, 417–423
Merguet, H., Lexikon zu den Reden des Cicero mit Angabe sämmtlicher Stellen, Jena 1877–1884
Moscati, S., Africa ipsa parens illa Sardiniae, RFIC 95, 1967, 385–388
Nemeth, B., Zu den politischen Ambitionen des Marcus Cicero im Jahre 54, Acta Classica Debreceniensia 4, 1968, 49–58
Nicolet, C., Arpinum, Aemilius Scaurus et les Tullii Cicerones, REL 45, 1967, 276–304
Pais, E., M. Emilio Scauro, i suoi processi e la sua autobiografia, Ricerche sulla storia e sul diritto pubblico di Roma, I, Roma 1915, 91–167
Ramsey, J. T., Studies in Asconius: Diss. Harvard, Cambridge, Mass. 1975
Ranft, H., Quaestiones philosophicae ad or. Cic. pertinentes, Leipzig 1912
Sumner, G. V., Asconius and the Acta, Hermes 93, 1965, 134–136
–, The orators in Cicero's Brutus: prosopography and chronology, Toronto 1973
Taylor, L. R., Party politics in the age of Caesar, Berkeley 1949
Timpanaro, S. jr., La filologia di G. Leopardi, Firenze 1955
Treggiari, S., Roman freedmen during the late republic, Oxford 1969
Zumpt, A. W., Der Criminalprozess der röm. Republik, Leipzig 1871
Zumpt, C. T., De legibus iudiciisque repetundarum in Republica Romana commentationes duae, Berlin 1845 (comm. tertia 1847)

M. TVLLI CICERONIS
PRO M. AEMILIO SCAVRO ORATIO

SIGLA CODICVM

A = codex rescriptus Mediolanensis Bibl. Ambrosianae R 57 sup. = S. P. II. 66 membranaceus, saec. V
T = codex rescriptus Taurinensis Bibl. Nationalis A. II. 2* membranaceus, saec. V

SIGLA CODICVM ASCONII

M = codex Florentinus Laurentianus plut. 54, 5, ad exemplar Bartolomeo da Montepulciano in scriptorio Mediceo saec. XV exaratus, membranaceus
P = codex Matritensis Bibl. Nationalis 8514 (olim X. 81), a. 1416 a Poggio Bracciolini exaratus, chartaceus
S = codex Pistoriensis Bibl. Municipalis Forteguerrianae 21 (olim Forteguerrianus A. 37), a. 1417 a Zomino da Pistoia exaratus, chartaceus

COMPENDIA

a. c. = ante correctionem
add. = addidit
al. = alii
corr. = correxit
def. = defendit
del. = delevit
dett. = deteriores
dub. = dubitanter
edd. = editores
exp. = expunxit
mg. = in margine
om. = omisit
prob. = probavit
prop. = proposuit
rec. = recepit
ref. = refutavit
resp. = respuit
rest. = restituit
secl. = seclusit
susp. = suspectum, suspicatus est
t. = textus
transp. = transposuit
vett. = veteres

TESTIMONIA

Cic. Att. 4, 15, 7 sequere nunc me in campum. ardet ambitus. σῆμα δέ τοι ἐρέω: faenus ex triente Idibus Quintilibus factum erat bessibus . . . Memmium Caesaris omnes opes confirmant. cum eo Domitium consules iunxerunt, qua pactione epistulae committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet; sed utrum fronte an mente dubitatur. ἐξοχὴ in nullo est: pecunia omnium dignitatem exaequat. Messala languet, non quo aut animus desit aut amici, sed coitio consulum ⟨et⟩ Pompeius obsunt. ea comitia puto fore ut ducantur. tribunicii candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros: apud eum HS quingena deposuerunt ut, qui a Catone damnatus esset, id perderet et competitoribus tribueretur. haec ego pridie scribebam quam comitia fore putabantur; sed ad te quinto Kal. Sextil. si facta erunt et tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam. quae si, ut putantur, gratuita fuerint, plus unus Cato potuerit quam ⟨omnes leges⟩ omnesque iudices. Messius defendebatur a nobis de legatione revocatus . . . deinde me expedio ad Drusum, inde ad Scaurum. parantur orationibus indices gloriosi. fortasse accedent etiam consules designati, in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit.

ibid. 16, 6 Scaurum Triarius reum fecit. si quaeris, nulla est magno opere commota συμπάθεια, sed tamen habet aedilitas eius memoriam non ingratam et est pondus apud rusticos in patris memoria.

Cic. ad Q. fr. 2, 16 (15), 3 quo die haec scripsi Drusus erat de praevaricatione a tribunis aerariis absolutus in summa quattuor sententiis, cum senatores et equites damnassent . . . comitia in mensem Septembrem reiecta sunt. Scauri iudicium statim exercebitur, cui nos non deerimus.

Cic. ad Q. fr. 3, 1, 11 orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvi *et 16* Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. adhuc erat valde incertum et quando comitia et qui consules futuri essent.

Val. Max. 3, 6, 7 M. autem Cato praetor M. Scauri ceterorumque reorum iudicia nulla indutus tunica, sed tantummodo praetexta amictus egit. *cf. Ascon. Scaur. 2 et Plutarch. Cat. min. 44. 50.*

Tac. dial. 39, 5 satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et accusatos et defensos.

Val. Max. 8, 1, 10 M. quoque Aemilius Scaurus repetundarum reus adeo perditam et comploratam defensionem in iudicium attulit, ut cum accusator diceret lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere seque non recusare quo minus absolveretur, si totidem nominasset quibus in provincia nihil abstulisset, tam bona condicione uti non potuerit. tamen propter vetustissimam nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est. *cf. Att. 4, 17, 4 et Quint. inst. 4, 1, 69.*

Grill. rhet. 601, 5–8 item anceps genus causae est, ubi et honestas benivolos facit iudices et crimen infensos, sicut in Scauriana honestus et nobilis iuvenis Scaurus erat, sed moventur iudices, quia obiciuntur multa crimina.

Mart. Cap. rhet. 19, 469 multiplex vero ex pluribus quaestionibus causa consistit, ut repetundarum omnes Verrinae et pro Scauro de Bostaris nece, de Arinis uxore et de decimis tribus exquiritur.

Q. ASCONII PEDIANI PRO M. SCAVRO

Hanc quoque orationem eisdem coss. dixit quibus pro Vatinio: L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss. summus iudicii dies fuit a. ⟨d.⟩ IIII Non. Septemb.

ARGVMENTVM HOC EST

5 M. Scaurus M. Scauri filius qui princeps senatus fuit vitricum habuit Sullam: quo victore et munifico in socios victoriae ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensas opes suas absumpserit magnumque aes alienum contraxerit. ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existi-
10 matus est et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, cum cetera industria nequaquam esset par. erat tamen aliquando inter patronos causarum et, postquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone isque erat absolutus a. d. IIII Non. Quint. ipse cum ad consulatus petitionem a. d. III Kal. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis a P. Valerio Triario, adulescente parato ad
15 dicendum et notae industriae, filio eius qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat et post in Asia legatus Pontoque L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret, postulatus apud M. Catonem praetorem repetundarum, ut in Actis scriptum est, pridie Non. Quint. post diem tertium quam ⟨C.⟩ Cato erat absolutus. subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius L. f., ⟨M.⟩ et Q. Pacuvii fratres

Ascon. Scaur. 22, 1 – 23, 29 Stangl

Q. ASCONI PEDIANI IN L. PISONEM PRO (Q. PRO S) M. SCAVRO **PS** *inscr. om.* **M** ‖ 1 uatinio **MP** batinio **S** ‖ 2 ahenobarbo **P** alienobarbo **S** alieno barbo **M** | et *del. Kiessling – Schoell sed cf. ThlL 4, 568, 60 – 82* | appio **PS** appia **M** | a. ⟨d.⟩ *Beier* a. **MPS** ad *Aldina 1522* ‖ 4 *om.* **M** ‖ 5 uitricum **M** uictricum **PS** ‖ 9 in *del. vel potius om. Ghiselli* ‖ 11 erat **MPS** orat *Mai* oraverat *Peyron* voluerat *Rau 1, 99* ‖ 12 et *Madvig* sed **MPS** scilicet *Baiter, Rinkes 212* esse et *Rau 1, 99 – 100 duce Bake, Bibl. crit. nov. 5, 13* | c. catone isque **M** *Poggio in* **P** *mg. corr.* eo catone eisque **P** eo catone isque **S** ‖ 13 a. d. *Beier, cf. Rau 1, 99* ad **MPS** | IIII **MS** *Rau 1, 99, Stangl 23 laud. Cic. Att. 4, 15, 4 et Lichtenfeld, De Asconii Pediani fontibus . . . 60* III. **P** *prob. Rinkes 212 – 213 qui* 18 postridie *laud. contra argumentationem Rau 1, 99* | ipse **PS** inde *Poggio in mg.* **P** *quod probat Hotman et Rau 1, 99 – 100* inde ipse **M** | quint. **MP** quinto **S** ‖ 14 eo **MP** quo **S** | Triario *om.* **S** ‖ 16 in Asia Pontoque legatus *Luterbacher, Grimal* ‖ 17 postulatus ⟨est⟩ apud *Baiter quod prob. Mueller et al., contra Stangl, Asconiana . . . 513 – 515, Schmalz, Lateinische Grammatik⁴, 1910, Syntax § 21, Vahlen, Opuscula 2, 146 ad Ascon. Pis. 94* accusatus *est* Verres a Cicerone ‖ 18 pridie **MS** .p.r.pr. **P** *a. c.* postridie *Manuzio prob. al. et Grimal propter* post diem tertium, *sed cf. Rau 1, 99, Stangl in app., C. Wagener, Beiträge zur Lateinischen Grammatik, 1905, 1, 28 – 30* | nonas quint. **P** nonis quintio **MS** | ⟨C.⟩ *suppl. Heinrich* ‖ 19 in **MP** m **S** | L. Marius *corr. Loys* q. marius **MPS** | ⟨M.⟩ et *Manuzio quem prob. edd. omnes praeter Stangl, Asconiana . . . 498 et Schoell qui* M. *rec., sed cf. p. 5, 20* & **P** et **MS** | pacuuii **S** pacuijij **P** pacuii **M**

cognomine Claudii. qui inquisitionis in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt neque profecti sunt ad inquirendum: cuius rei hanc causam reddebant quod interea comitia consularia futura essent: timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia quam a sociis abstulisset emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, antequam de eo iudicari posset, magistratum iniret ac rursus ante alias provincias 5 spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in necessitudine Cn. Pompei Magni reponebat. habebat enim filium liberorum Cn. Pompei fratrem: nam Tertiam, Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem, qui id iudicium, ut diximus, exercebat, metuebat admodum propter amicitiam quae 10 erat illi cum Triario: nam Flaminia, Triari mater, et ipse Triarius sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat: ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. sed ei in iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit – videbatur enim apud animum eius non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiae ab eo dimissam le- 15 vius fecisse existimaretur, cum eam ipse probasset, quam gratiae adquisisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos haberet – neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, quoquam deflexit. post diem autem quartum quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sulla tum quaestor, filius Sullae Felicis, frater ex eadem matre Scauri †servus eius vulneratus prosiluit ex lectica 20 et questus est pro interempto esse competitoribus Scauri et ambulare cum CCC armatis seque, si necesse esset, vim vi repulsurum.

Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quattuor uteretur; at post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. fuerunt autem hi sex: P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Cali- 25 dius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. ipse quoque Scaurus dixit pro se

1 claudii **MPS** *Stangl, Asconiana ... 498 et ThlL suppl. 1, 74, 59–64* Claudi *Manuzio* Caldi *Pighius et propter IRN 2451 Buecheler* Claudii = *clientes Claudiorum prop. Francken 379 quod ref. Courtney 154 crucem posuit Grimal* | inquisitionis *Kiessling–Schoell* inquisitiones **MS** inquisitionem **P** *Peyron, Grimal* | in^2 *del. Heinrich* | corsicam **MP** corsicas **S** || 3 quod **P** quoad **MS** | essent **S** erant **MP** *Grimal* | ergo **MP** erga **S** || 4 a sociis **MS** ab sociis **P** a Sardis *Buecheler* | consulatum **P** consulatus **MS** || 5 iniret **P** inire **M** in re **S** | ante **MP** in **S** || 6 spoliaret **MP** spoliare **S** || 7 necessitudine **S** necessitudinem **M** *om.* **P**, *Rinkes 213 qui* Cn. Pompei Magni *in* Cn. Pompeio Magno *corr.* || 9 filiam *ed. Veneta 1477* filium **MPS** || 11 (Triari *gen. ex* **AT**) Triarii *ed. Iuntina 1519* triaria **MPS** || 12 diligebant *Kiessling–Schoell* || 13 maternam **M** *Poggio in* **P** mater nam **PS** | ei in *Kiessling–Schoell* in et **PS** in eo **P^3** in **M** || 15 contraxisse **MP** contradixisse **S** || 16 acquisisse *Peyron* || 17 eadem] ea *Peyron* || 18 quae *Berauld* quam **MPS** | quicquam *Buecheler* || 19 .IIII. **MPS** *corr. Iuntina 1519* quartam *Veneta 1477* || 20 *crucem pos. Mueller et al.* ⟨quod⟩ servus *Rau 1, 100* *lacunam susp. Madvig* ⟨cum⟩ servus eius ⟨esset⟩ *suppl. prop. Halm, Beiträge ... 2, 26 quod prob. Giarratano et al.* servis eius vulneratis *Heinrich quod prob. Clark* | lectica *dett. Poggiani, Heinrich, Rinkes 213* lecticiis **MP**(ijs)**S** lecticis *Kiessling–Schoell* lectica sua *Halm 26, prob. et in t. rec. Flambard, Grimal* lecticariis *Rau 1, 100* || 21 prope interemptum *Berauld* | esse ⟨relictum a⟩ *Halm 26 quod prob. Giarratano et. al.* esse ⟨se a⟩ *Loys* esse ⟨a⟩ *Heinrich* esse ⟨se⟩ *Rau 1, 101* | competitoribus **PM** compeditoribus **S** competitionibus *Veneta 1477* | ⟨eos⟩ cum *Halm 26, prob. Giarratano et al.* || 22 necesset uiuum ui **S** || 23 defenderunt **MP** defenderent **S** || 24 at *Hotman* ac **MPS** | at ... 25 perventum *om. Berauld* | ad **P^2** *mg.* ante **MPS** apud *Veneta 1477* || 25 sex **P** se et **M** et **S** *del. Manuzio*

ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusa⟨e⟩ memoria ac favore populari ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

Laudaverunt Scaurum consulares novem: L. Piso, L. Volcacius, Q. Metellus Nepos, M. Perperna, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortensius, P. Servilius Isauricus pa-
5 ter, Cn. Pompeius Magnus. horum magna pars per tabellas laudaverunt, qui⟨a⟩ aberant: inter quos Pompeius quoque: nam quod erat pro cos., extra urbem morabatur. unus praeterea adulescens laudavit, frater eius Faustus Cornelius, Sullae filius. is in laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus non minus audientes permovit quam Scaurus ipse permoverat. ad genua iudicum, cum sententiae ferrentur,
10 bifariam se diviserunt qui pro ⟨r⟩eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse et M'. Glabrio, sororis filius, et ⟨L.⟩ Paulus et L. Lentulus, Lentuli Nigri flaminis filius, et L. Aemilius Buca filius et C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte Sulla Faustus, frater Scauri, et T. Annius Milo, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et C. Peducaeus et C. Cato et M. Laenas Curtianus.
15 Sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres et XX, tribuni aerarii XXV: ex quibus damnaverunt senatores IIII, equites II, tribuni II.
Cato praetor cum vellet de accusatoribus in consilium mittere multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitae multitudini ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. P. Triarius nullam gravem sententiam
20 habuit; subscriptores eius M. et Q. Pacuvii fratres denas et L. Marius tres graves habuerunt.
Cato praetor iudicium quia aestate agebatur sine tunica exercuit campestri sub toga cinctus. in forum quoque sic descendebat iusque dicebat idque repetierat ex vetere consuetudine secundum quam et Romuli ac Tati statuae in Capitolio et in
25 Rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.

3 *Ascon. Scaur. 28, 21 – 29, 13 Stangl*

1 magnopere iudices **P** magno per iudices **S** magnopere i . . . **M** | effusa⟨e⟩ *Heinrich* effusa **MPS** || **3** scaurum **MP** scaurus **S** | L. Volcatius Q. *Manuzio* m. uol. uolq̄ **M** .M. uol. Q **P** .m.uol.quintus **S** || **4** M. Perperna *Manuzio in ed. post.* .m. perpenna **MPS** L. Murena *Manuzio*[1], *cf. Flambard, Commentaire historique, vol. 2, 95 et appendix 2, 66 – 67, notae 491 – 493* | Isauricus pater *Manuzio* hisauricus .pr. **MPS** || **5** qui⟨a⟩ *Manuzio* qui **MPS** || **6** procos. **MP** procus **S** *a. c.* || **8** humiliter **P** similiter **MS** || **9** .cũ **MP** *om.* **S** | ferrentur **PS** ferentur **M** || **10** se diuiserunt **P** sed ui(*vel* iu)sserunt **M** set uisserunt **S** | ⟨r⟩eo *Stangl* eo **MPS** | M'. *Manuzio* .m. **MPS** L. *Sigonio* | glabrio **MP** gabrio **S** || **11** filius[1] **MP** filio **S** | ⟨L.⟩ *Kiessling – Schoell* | L. *Manuzio, auctoritate Cic. ad Q. fr. 3, 1, 15 et Att. 4, 16, 9* P. **MPS**, *cf. Lichtenfeld 62 adn. 3* | flaminis *bis* **S** || **12** filius *om.* **S** || **13** T. Annius Milo *Beier* .c. (gn. **S**) aronius limo **MPS** || **14** dimissa **MP** demissa **S** | .c. peducaeus **S** .t. peduceus (-eius **M**) **MP** | M. Laenas Curtianus *Madvig* molena (.m.olena **P**) scortianus **MPS** M. Octavius Laenas Curtianus *Beier* || **15** senatores duo et XX *et* tr. aerarii XXV **MPS** senatores IV et XX *et* tr. aerarii XXII *Manuzio auctoritate Att. 1, 16, 5 quod prob. Rinkes 213 – 214, sed cf. contra Baiter* || **16** ex **PS** e **M** || **17** praetor **P** preter **S**[2] c̄ pretor **S** *mg.* preterea **MS** | ⟨Cicero⟩ cum *Clark* || **19** P. *Kiessling – Schoell ex p. 3, 14* .c. **MPS** *del. Rinkes 215* || **20** q. pacuuii **P** que pacubii **MS** || **22** aestate **P** etate **S** a frate **M** | campestri *Berauld mg., sed in t.* capistro campestre **MPS** || **23** descendebat *Orelli* descenderat **MPS** | repetierat *Patrizzi, cf. contra Heinrich qui Ascon. a* **22** *susp. habet, sed Beier 226 – 227 et Madvig 1828, 68 – 69 def.*

M. TVLLI CICERONIS
PRO M. SCAVRO ORATIO

1 1 [1 a] Maxime fuit optandum M. Scauro, iudices, ut nullo suscepto cuiusquam odio sine offensione ac molestia retineret, id quod praecipue semper studuit, generis, familiae, nominis dignitatem. 5

2 [1 b] subi⟨i⟩t etiam populi iudicium inquirente Cn. Domitio tribuno plebis.

3 [2] reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servilia, cum iudicia penes equestrem ordinem essent et P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa. 10

3–4 *Aug. rhet. 20, 150, 8–15* sed ut limpidius hoc genus principandi deprehendatur, dabo exemplum, quod habuit M. Tullius, cum pro M. Scauro loqueretur: erat enim controversia amphidoxos, quippe niteretur dignitate personae M. Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecuniis repetundis. utrumque in principio statim ita confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personae contegeret, neque tamen largiter nimium neque exultanter, sed ita, ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem: maxime . . . molestia et cetera || **3–5** *cf. Grill. rhet. 603, 28–34* si vero partem honestatis, partem turpitudinis habebit, partibus benivolentiae defensor utitur et ab eo, quod honestum in causa putat, incipit, quod facit in Scauriana, quoniam partem honestatis habebat persona Scauri vel generis amplitudo, partem turpitudinis raptae pecuniae crimen. quid facit Tullius? a laude virtutis ipsius incipit vel commemoratione maiorum, ut, dum honestatem, quam causa praestabat personae (causae praestabat persona *in app. tempt. Mueller 1898*) commemorat, turpitudinem, quam crimen afferebat, avertat (*Mueller, Clark et al. in t. Grill. verba rec., sed cf. Schoell qui in app. recte Aug. et Grill. verbis unam et eandem sententiam subicere existimat; cf. etiam Quint. inst. 6, 1, 21* periclitantem vero commendat dignitas et studia fortia et susceptae bello cicatrices et nobilitas et merita maiorum. hoc, quod proxime dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt usi, pro Scauro patre hic, ille pro filio) || **4–5** *Arus. gramm. 7, 508, 6–7* studeo illam rem, Cicero pro Scauro: retineret . . . dignitatem, *cf. Ter. Heauton. 2, 42*: id quom studuisti || **6–7** *Ascon. Scaur. 24, 4 Stangl* CIRCA VER. ⟨A⟩ (*add. Aldina*) PRIM. XXXX cum enumera[re]t (*em. Manuzio*) iudicia quae pater Scauri expertus est: subit . . . tr. pl. || **8–10** *Ascon. Scaur. 24, 13–15 Stangl* IBIDEM reus . . . non timeret illa

4 *frg. apud Arus. servatum Beier Aug. fragmento coniunxit* || **6** subi⟨i⟩t *Sigonio, cf. Ghiselli 1975, 10* subdit *Berauld* | anquirente *Mommsen, cf. Schoell in app. qui Mueller ad Caec. 6, 1896, praef. XI* ('anquisisse, verb. in oratt. inusit., Gulielm., Bait., Klotz') *laudat* || **8** factus est *Sigonio* | servilia **PS** iulia **M** || **10** timeret **P** timere **MS**

[3] ab eodem etiam lege Varia custos ille rei publicae proditionis est in crimen vocatus; vexatus a Q. Vario tribuno plebis est. 4

[4a] non enim tantum admiratus sum ego illum virum sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. primus enim me flagrantem studio laudis in spem 5 inpulit posse virtute m⟨e⟩, sine praesidio fortunae, quo contendissem labore et constantia pervenire. 5

[4b] et quoniam congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non distinctione aliqua generum et varietate. 6

[4c, 2. 1] Bostarem igitur quendam dixit Norensem fugientem e Sar- 10 dinia Scauri adventum . . . . prius illum sepultum quam huic cenam esse sublatam. 2 / 7

[4f, 2. 4] si denique in illa bona invadere nullo modo potuisset nisi mortuo Bostar⟨e⟩. 8

[5, 2. 5] si mehercule, iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem unum ex 15 omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus, tamen non timerem, venenum hospiti aut convivae si diceretur cenanti ab illo datum, cui neque heres neque iratus fuisset. 9

[4d, 2. 2] *an aliud in Scauriana succurrit, cum interposita disputatione tractatur, 'ex quibus causis mors obveniat repentina'?* 10

1–2 *Ascon. Scaur. 24, 22–23 Stangl* IBIDEM ab eodem . . . tr. pl. est || 3–6 *Ascon. Scaur. 25, 9–13 Stangl* dicit iterum de patre M. Scauri: non enim . . . pervenire || 7–8 *Iul. Sev. rhet. 4, 357, 5–12* deinde inter ipsa unius generis crimina in primo magna ponito; quae minima sunt, in medium congerantur; quae maxima, ultimis partibus reservabis . . . ita iudicis animus et occupabitur et validissima maxime memoriae mandabit. hinc est quod Cicero pro Scauro reprehendit adversarii confusam criminationem: ait enim: et quoniam . . . varietate || 9–11 *Iul. Sev. rhet. 10, 360, 9–14* responsurus autem adversario primum id, quod ille posuerit, verbis infirmioribus pronuntiato: quae vero incredibilia visa fuerint aut inbecilla, ita universa ponentur, sicuti ab adversario dicta sunt, ut est illud: Bostarem . . . adventum, et infra addit etiam augendi criminis causa: prius . . . sublatam || 12–13 *Arus. gramm. 7, 488, 18–20* 'in' praepositio geminata . . . Cic. pro Scauro: si denique . . . Bostar⟨e⟩ || 14–17 *Ascon. Scaur. 25, 20–24 Stangl* si mehercule . . . fuisset || 18–19 *Mart. Cap. rhet. 5, 441 (Rhet. min. 454, 26–27)* an aliud . . . repentina

1 etiam *om. Loys* | custos *Iuntina ex dett.* castos **MPS** | rei p. *Iuntina* relip. **MPS** || 2 est *post* vexatus *transp. Sigonio* | uexatus **P** *om.* **S** ueratus **M** | est non multo (multum **S**) ante **MPS** *verba quae post* est *in codd. leguntur Patrizzi Asconio attribuit, cf. Flambard, Notes . . . 376–377, sed contra Patrizzi cf. Halm 26 qui* est *in* erat *em. Baiter in app.* est *del. prop.* || 5 impulit **MP** intulit **S** | virtute m⟨e⟩ *Mommsen* uirtutem **MPS** | contendisset *Manuzio* | labore **MP** laborare **S** laboreque *Berauld* || 7 et quomodo *ed. Sixti a Popma, Coloniae 1569* | congesta est *Greffe, prob. Halm in app.* || 8 quam distinctione *vett. edd.* || 9 dixit *om. edd. ut e. g. Kayser* || 10 esse *om. ed. Lucae Fruterii, Antverpiae 1584* || 13 Bostar⟨e⟩ *suppl. edd.* || 14 tubulo **MP** tubulē **S** tribulo *Berauld* | quem unum **P** q̄ in unum **S** q̄; munum **M** | ex *Loys* et **MPS** || 15 et audacissimum *om.* **S** || 19 eveniat *ed. princeps Henrici de Sancto Vrso, Vicentiae 1499 et vulgatae edd.*

11 [4c, 2. 3] (bona) quam quod habebat (ve)niret. agedum, ego defendi Scau(ru)m, Triari: de(fend)e tu matrem.

12 [2. 4] te (m)etue(r)e (n)e ⟨non⟩ solvendo fuisse, bona denique reus n(e r)e(tinere vol)uiss(e q)u(ae) proscripta esse(nt), nis(i) ***

13 [6, 2. 6] cum dare nollet Aris . . . clam ex Sardinia est fugere conatus. 5

14 [7, 2. 7] redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.

8 1 [II 1 a] sic, inquam, se, iudices, res habet: neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est.

[II 1 b] ⟨illa⟩ audivimus, hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse. 10

2 Ac neque illius Crassi factum [neque] superioris [h]isdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M'. Aquilius potuit imitari******tis suae

2 *Quint. inst. 7, 2, 9–10* sed ne in alterum quidem transferendi criminis una forma est. interdum enim substituitur mutua accusatio, quam Graeci ἀντικατηγορίαν vocant, nostrorum quidam 'concertativam': interdum in aliquam personam, quae extra discrimen iudicii est, transfertur, et alias certam alias incertam: et cum certam, aut in extrariam aut in ipsius qui periit voluntatem. in quibus similis atque in ἀντικατηγορίᾳ personarum, causarum, ceterorum comparatio est, ut Cicero pro Vareno in familiam Ancharianam, pro Scauro circa mortem Bostaris in matrem avertens crimen facit || **5** *Prisc. gramm. 2, 219, 7–13* et sciendum, quod omnia in 'in' desinentia etiam in 'is' productam finiuntur: 'Arin' et 'Arīs', 'delphin' et 'delphīs', 'Eleusin' et 'Eleusīs', 'Trachin' et 'Trachīs'. et notandum, quod auctores Graecorum in 'is' magis terminatione sunt usi, nostri vero frequentius in 'in', quamvis Cicero pro Scauro: cum . . . nollet, inquit, Aris . . . conatus. in eadem: Arinis . . . concitatam (*§ 9*) || **6–7** *Serv. georg. 1, 58* fibri canes sunt Pontici, quorum testones apti sunt medicaminibus: propter quos ubi se senserint requiri, eos secant. de his Cicero: redimunt . . . expetuntur; *Isid. orig. 12, 2, 21* castores a castrando dicti sunt. nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus, propter quos cum praesenserint venatorem ipsi se castrant et morsibus vires suas amputant. de quibus Cicero in Scauriana: redimunt . . . propter quod expetuntur || **8–9** *Ascon. Scaur. 26, 12–14 Stangl* sic . . . est || **10–12** *Ascon. Scaur. 25, 27–30 Stangl* CIRCA TERTIAM PARTEM A PRIMO ⟨illa⟩ . . . interemisse || **13–14** *Ascon. Scaur. 26, 1–4 Stangl* STATIM ac neque . . . imitari

1–2 *et* **3–4** **A** *incipit (fragmenta in tegumento codicis Ambrosiani conservata)* || **1** (bona) *Beier* | QVAM **A** quanti *Mai* | (ve) *Mai* || **2** (ru) *Mai* | (fend) *Mai* | [tu] *Mai* || **3** TE*ETVE*E*E **A** [temet vere] *Mai* | ⟨non⟩ *Mai* || **3–4** *suppl. Beier* reus bo . . . uo proscripta esse bonis *Mai* || **5** coactus *Sigonio, prob. Beier et Gaumitz 284* || **8–9** *commentum Asconii ad* **8–9** *et* **13–14** *Madvig 1828, 78–81 spurium habet quod prob. Rau 1, 102–103, cf. etiam Marshall, Some Crassi . . . 94* || **8** se **MP** sed **S** || **10** ⟨illa⟩ *Manuzio* | audivimus **S** audimus **MP** || **11** incideret **P** inciderit **MS** || **11–12** se ipsum **MP S²** supsum **S** *a. c.* || **13** at *Beier* | ac neque **MP** *cf. Marshall, Appositio . . . 292–293* ac ne **S** atque **P²** *mg. sed del.* | neque² *del.* **P²** *mg.* || **14** M'. *Manuzio* .m. **MPS** | TISSVAE **T** *incipit* ⟨sed memoriam iuventu⟩tis suae *Beier quod rec. Mueller et al.* ⟨. . . decus . . .⟩ *vel* ⟨. . . gloriam . . .⟩ *aptius suppl. putat Ghiselli in app. sed frustra*

rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit. quid vero? alterum
Crassum temporibus isdem num aut clarissimi viri Iulii aut summo
imperio praeditus M. Antonius potuit imitari? quid? in omnibus monu- 3
mentis Graeciae, quae sunt verbis ornatiora quam rebus, quis invenitur,
5 quom ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse 'ignominiae dolore'
ut ait poeta 'victor insolens se victum non potuit pati', praeter Athenien-
sem Themistoclem, qui se ipsum morte multarit? at Graeculi quidem 4
multa fingunt, apud quos etiam Theombrotum Ambraciotam ferunt se
ex altissimo praecipitasse muro, non quo acerbitatis accepisset aliquid,
10 sed, ut video scriptum apud Graecos, cum summi philosophi Platonis
graviter et ornate scriptum librum de morte legisset, in quo, ut opinor,
Socrates illo ipso die quo erat ei moriundum permulta disputat, hanc
esse mortem quam nos vitam putaremus, quom corpore animus tamquam
carcere saeptus teneretur, vitam autem esse eam, qum idem animus vin- 4
15 clis corporis liberatus in eum se locum unde esset ortus ret⟨t⟩ulisset. num 5

1–3 *Ascon. Scaur. 26, 17–20 Stangl* PAVLO POST quid . . . imitari? || **5–6** *Trag. inc. 67–68* || **8** *Cic. Tusc. 1, 84* Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Theombrotum est, quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abiecisse lecto Platonis libro; *Callim. epigr. 23, Pfeiffer 2, 86* *Εἴπας "Ἥλιε. χαῖρε' Κλεόμβροτος Ὡμβρακιώτης / ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς Ἀίδην, / ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν, ἀλλὰ Πλάτωνος / ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.* *Lact. divin. inst. 3, 18, 10* quodsi scisset Plato atque docuisset a quo et quo modo et quibus et quae ob facta et quo tempore inmortalitas tribuatur, nec Theombrotum inpegisset in mortem voluntariam nec Catonem, sed eos ad vitam et iustitiam potius erudisset; *Aug. civ. dei 1, 22, 1* quam ob rem si magno animo fieri putandum est, cum sibi homo ingerit mortem, ille potius Theombrotus in hac animi magnitudine reperitur, quem ferunt lecto Platonis libro, ubi de inmortalitate animae disputavit, se praecipitem dedisse de muro atque ita ex hac vita emigrasse ad eam quam credidit esse meliorem; *cf. Sext. Empir. contra math. 1, 48; Epigr. Bob. 63*: De Theombroto. 'Sol, salveque valeque' Theombrotus Ambraciotes / dixit et aeternas desilit in tenebras, / nil leto dignum sibi conscius, illa Platonis / quae de anima scivit sic celeranda ratus || **10** *Plato Phd. 62B, 64C, 79–80; Gorg. 492E = Eur. frg. 638 N.* || **13–15** *Cic. rep. 6, 14* hi vivunt qui e corporum vinclis tamquam e carcere evolaverunt, vestra vero quae dicitur vita mors est

1 *post* vero *signum interrogationis sustulit Beier, prob. Baiter et al. sed serv. Schoell* || **2** NV⁻ **T** nam **MPS** *om. Berauld* || **3** IMPERIO **T** ingenio **MPS** *def. Marastoni 453–458 sed cf. Marshall, Some Crassi . . . 93 nr. 7 qui utramque lectionem sine discrimine recipiendam esse putat* || **7** M·THE|MISTOCLEM **T** | SEIPSV⁻ **T** *cf. Schoell, Zu dem Turiner . . . 157* se ipse *Peyron et al.* | MVLTARIT **T** *cf. Schoell 157 et praef. LXVI* MVLTAVIT *in* **T** *legit Peyron et al.* || **8** THEOMBROTVM **T** *cf. Schoell LXVII, Campana, Contributi . . . 121–122* Cleombrotum *Peyron, auctoritate Cic. Tusc. 1, 84 sed* Theombrotum *Tusculanarum edd. rec., e. g. Pohlenz 1918, cf. Lundström, Falsche Eigennamen . . . 66–79* | Ambraciotam *Peyron* AM|BROCIOTAM **T** || **9** QVO **T** quo⟨d⟩ *Peyron* || **11** LEIGISSET **T** || **13** CORPORE **T** *Beier (ex* CORPORI *a Peyron transcr.) cf. Schoell in app. contra transcriptionem Peyron* || **15** RETVLISSET **T** *sed cf. Mueller LXXIV et Scaur. 29* rettulit

igitur ista tua Sarda Pythagoram aut Platonem norat aut legerat? qui
tamen ipsi mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent atque id contra
foedus fieri dicant legemque naturae. aliam quidem causam mortis volun-
tariae nullam profecto iustam reperietis. atque hoc ille vidit: nam iecit
6 quodam loco vita illam mulierem spoliari quam pudicitia maluisse. sed 5
refugit statim nec de pudicitia plura dixit veritus, credo, ne quem inri-
dendi nobis daret et iocandi locum. constat enim illam cum deformitate
summa fuisse, tum etiam senectute. quare quae potest, quamvis salsa
ista Sarda fuerit, ulla libidinis aut amoris esse suspicio?

5 7 Ac ne existimes, Triari, quod adferam in dicendo me fingere ipsum et 10
non a reo causam cognoscere, explicabo tibi, quae fuerint opiniones in
Sardinia de istius mulieris morte — nam fuerunt duae —, quo etiam fa-
cilius ***

8 ***** te dixi, libidinosam atque inprobam matrem infami ac noto
adulterio iam diu diligebat. is cum hanc suam uxorem anum et locuple- 15
tem et molestam timeret, neque eam habere in matrimonio propter foe-
ditatem neque dimittere propter dotem volebat. itaque compecto cum
matre Bostaris consilium cepit ut uterque Romam veniret: ibi se aliquam
rationem inventurum quem ad modum illam uxorem duceret co(nfir)-
mavit. 20

6 9 Hic opinio fuit, ut dixi, duplex, una non abhorrens a statu naturaque
rerum, Arinis uxorem paelicatus dolore concitatam, cum audisse⟨t⟩ Ari-
nem cum illa sua metus et fugae simulatione Roma⟨m⟩ se contulisse, ut,
cum antea consuetudo inter eos fuisset, tum etiam nuptiis iungerentur,
10 arsisse dolore muliebri et mori quam id perpeti maluisse; altera non minus 25

2 *Plato Phd. 61–62* || **14**–p. 11, **12** *Quint. inst. 5, 13, 28* praeterea in contradictionibus interim totum crimen exponitur, ut Cicero pro Scauro circa Bostarem facit veluti orationem diversae partis imitatus ... || **22** *Prisc. gramm. 2, 317, 19–21* in 'is' productam Graeca et Latina masculina vel feminina vel communia ... 'hic Aris' 'huius Arinis'. Cicero pro Scauro: Arinis uxorem; *cf. ibid. 2, 219, 7–13 (p. 8,5 supra)*

3 foedus ... naturae *e Lucretio sumptum putat Courtney 156* || **4** IECIT **T** *Beier (ex* LEGIT *a Peyron transcr.) et Schoell ex ipso Taurinensi* || **7** CVM **T** *supra v. scr.* || **12** *post* FACILIVS **T** *deficit* || **14** TEDIXI ... *folium I*r **A** *incipit* | ⟨ut paulo an⟩te dixi *Kreyssig 482 quod in t. rec. Grimal* ⟨Aris enim Bostaris ut paulo an⟩te dixi *Gaumitz 274–275 coniecturam corrigens quam Beier 1825, 154 prop.* ⟨Sardae istius maritus Aris matrem Bostaris,⟩ te dixi ⟨an⟩te dixi *Ghiselli* || **15** DILIGE|BATISCVM **A** diligebat Aris, quum *Heinrich* || **19** co(nfir)mavit *suppl. Peyron Ghiselli apicem superiorem litterae* r *in codice conspicit sed cf. iam Peyron 125* || **21** naturaque *Peyron* NATVNA|TVRAQVAE **A** || **22** dedecore *propter* dolore (**25**) *prop. Busche 348, Scaur. 32 laudans, sed Schoell in app. resp.* | concitatam *Prisc.* CONCITATA| **A** | audisse⟨t⟩ *Mai* AVDISSE| **A** || **23** cum illa sua ⟨amica⟩ *Mueller in t. sed* cum ⟨amica⟩ sua *in praef. LXXIV prop.* | simulatione[s] Roma⟨m⟩ *Mai* SIMV|LATIONESROMA| **A**

veri similis et, ut opinor, in Sardinia magis etiam credita, Arinem istum
testem atque hospitem, Triari, tuum proficiscentem Romam negotium
dedisse liberto, ut illi aniculae non ille quidem vim adferret — neque
enim erat rectum patron⟨a⟩e —, sed collum digitulis duobus oblideret,
5 resticula cingeret, ut illa perisse suspendio putaretur. quae quidem suspi- 11
cio valuit etiam plus ob hanc causam, quod, cum agerent parentalia
Norenses omnesque suo more ex oppido exissent, tum illa est a liberto
suspendisse se dicta. discessus autem solitudo ei, qui patronam suffoca-
bat, fuit quaerenda, illi, quae volebat mori, non fuit. confirmata vero 12
10 suspicio est, quod anu mortua libertus statim tamquam opere confecto
Romam est profectus, Aris autem, simulac libertus de morte uxoris
nuntiavit, co⟨n⟩tinuo Romae matrem illam Bostaris duxit uxorem.

Em quibus familiis, quam foedis, quam contaminatis, quam turpibus 7 13
⟨de⟩datis hanc familiam, iudices! em quibus testibus commoti, de quo
15 homine, de quo genere, de quo nomine sententias feratis, obliviscendum
vobis putetis! matrum in liberos, virorum in uxores scelera cernitis, cru-
delitate mixtas libidines videtis inmanis; duorum maximorum criminum
auctores, quibus criminibus haec tota apud ignaros aut invidos ⟨in⟩fama-
ta causa est, omni facinore et flagitio deformatos habetis.

3–4 *Porph. Hor. sat. 2, 1, 56* sed mala tollet anum vitiato melle cicuta. hoc παρὰ προσδοκίαν dixit. Scaev[ol]a autem matrem suam veneno extinxit. et est sensus Ciceronis pro Scauro: libertus patronam non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit || 5–7 *Iul. Sev. rhet. 13, 362, 8–10* suspiciones, ut pro Scauro: quae ... Norenses

1 credita *Mai* CREDI|TV A || 4 patron⟨a⟩e *Peyron* PA|TRONE A | OBLI-DERET ... *folium I*ᵛ **A** *incipit* oblideret ⟨et⟩ *Cramer* || 6 plus *om. Iul. Sev.* || 7 omnesque *Beier* OM|NESQVI A | TVMILLA|EST A tumulata *Mai 1814* || 8 SOLITODO A | SVFFOCABAT A suffocarat *Heinrich et Kreyssig susp. sed cf. contra Baiter in app.* || 12 NVNCIAVITCO|TINVO A || 13 *et* 14 EM A (EM[1] *in* EAM *corr.* A[1] A *supra* EM *scr.*) hem *Mai* en *Schuetz* || 13 *post* familiis *dist. Shackleton Bailey, On Cicero's speeches ... 280, qui post* iudices *et post* 16 putetis *signum exclamationis posuit* || 14 ⟨de⟩datis *suppl. Heinrich quod prob. Shackleton Bailey 280* | quibus testibus commoti *post* 13 en *transp. Francken 375–376* | *post* commoti *interpunxit Mueller* || 15 *post* feratis *interpunxerunt nonnulli signo exclamationis posito ut e. g. Halm* || 14–15 *seclusis* de quo homine *corr.* nomine *in* homine *Francken 375–376; de verbis* genere *et* nomine *cf. Heinrich, Cic. Scaur. 17, Mur. 12, fam. 15, 10, 1 nec non Caecin. 58; leg. agr. 2, 9; Lig. 20; Phil. 3, 29; 7, 11; 10, 14; Pis. 92; Planc. 30; Sull. 32; 88; Verr. 1, 128; 2, 51; 4, 79; 4, 81; 5, 180* || 16 *signum interrogationis post* scelera *edd. (cf. ed. Orelliana*[2] *4, 958), sed contra Francken 375–376 qui cum* feratis *iunxit* obliviscendum vobis putatis *quod edd. post. prob.* | putetis! *Shackleton Bailey 280, cf.* 13 PVTATIS A | *semicolon post* crudelitate⟨m⟩ *et post* videtis *posuit Rau 2, 80* || 17 *semicolon post* inmanis *posuit Beier* || 18 TOTAVPVT A | ⟨in⟩famata *vel* ⟨dif⟩famata *Schuetz* FAMA|TA A *prob. Heinrich et Peyron 126–127* formata *Klotz* famosa *Baiter*[2] *in app.* foedata *temptavi* || 19 MATOSHABETIS *folium II*ʳ **A** *incipit*

8 14 Num igitur in his criminibus, iudices, residet iam aliqua suspicio? non perpurgata sunt, non refutata, non fracta? qui igitur id factum est? quia dedisti mihi, Triari, quod diluerem, in quo (a)rg(ume)nta(re)r, de quo disputarem; quia genus eius modi fuit criminum, quod non totum
15 penderet ex teste, sed quod ponderaret iudex ipse per se. neque vero, 5
iudices, quicquam al(i)ud in ignoto teste facere debemus, nisi ut argumento, co⟨n⟩iectura, suspicione rerum ipsarum vim naturamque quaeramus. etenim testis non modo Afer aut Sardus sane, si ita se isti malunt nominari, sed quivis etiam elegantior ac religiosior inpelli, deterreri, fin(g)i, flecti potest; dominus est ipse voluntatis suae, in quo est inpunita 10
16 men(tien)di licen(t)i(a). argumentum vero, quo⟨d⟩ quide⟨m⟩ est proprium rei — neque enim ullum aliud argumentum vere vocari potest —, rerum vox est, naturae vestigium, veritatis nota; id qualecumque est, maneat inmutabile necesse est: non enim fingitur a(b o)ratore, sed sumitur. quare in eo genere accusationis si vincerer, succumberem et cederem: 15
17 vincerer enim re, vincerer causa, vincerer veritate. agmen tu mihi inducas Sardorum et catervas et me non criminibus urgere, sed Afrorum fremitu terrere conere? non potero equidem disputare, sed ad horum fidem et mansuetudinem con(fuge)re, (a)d ⟨i⟩us (i)u(randum iudicum, ad) populi Romani (aeq)uitatem, qui hanc familiam in hac urbe principem voluit 20
esse, deorum immortalium numen inplorare potero, qui semper extiterunt huic generi nominique fautores.

9 18 'Poposcit, imperavit, eripuit, coegit.' si doces tabulis, quoniam habet seriem quandam et ordinem contracti negotii confectio ipsa tabularum,

4—5 *Schol. Ambr. Stangl 274, 4—5* cecidit locus communis duplex: unus argumentis esse credendum, alter testibus non credendum || 6 *Schol. Ambr. Stangl 274, 6* quia, si ignotus testis est, argumentatione non opus sit || 16—17 *Schol. Ambr. Stangl 274, 7* ex multitudine tollit fidem || 17 *Schol. Ambr. Stangl 274, 8—9* ab . . . us enim . . . . . . o . . . . ne . . . . . . et bene: fremitu enim verba confundunt

1 residet iam *Mai* RESITETIA⁻ A resi⟨de⟩t etiam *Heinrich, rec. Mueller et al.* || 3 (a)rg(ume)nta(re)r *suppl. Mai* || 4 NONTOTVM A totum non *Heinrich* || 5 se⟨se⟩ *Clark propter clausulam, sed cf. Schoell in app.* || 6 IVD· A | AL*|VT A || 7 CO|IECTVRA A || 8 NO⁻ A || 9 RELIGIOSIOSIOR A || 10 SVIAE| A | INPVNITA A infinita *prop. Francken 376—377, sed cf. Mueller in app. qui laudat Cic. de or. 1, 226* si corpora capta sint armis aut constricta vinclis, tamen suum ius atque omnium rerum inpunitam libertatem tenere debeat *et Nep. Timol. 5, 3* ut talem libertatem restitueret Syracusanis, in qua cuivis liceret de quo vellet inpune dicere || 11 men(tien)di licen(t)i(a) *suppl. Heinrich* | quo⟨d⟩ quide⟨m⟩ est *Heinrich* QVOQVEDE|EST A || 13 ⟨quod⟩ rerum *Kayser, sed contra Francken 376* | *post* nota *semicol. dist. Francken 376* nota, id *Kayser* || 16 REROMNIRE . . . *folium II*^{v} A *incipit* enim re *Madvig, Adversaria . . . 232* || 19 conf(uge)re, (a)d *Peyron* || 19—20 ⟨i⟩us (i)u(randum iudicum, ad) populi Romani (aeq)uitatem *suppl. et abbreviationem* P. R. *solvit Beier* || 23 doces *quidam apud Orelli* DOCET A | QVONIAM . . . *folium II*^{r} T *incipit* || 24 NEGOTII| T NEGO|TI A

attendam acriter et, quid in defendendo mihi agendum sit, videbo. si denique nitere testibus non dico bonis viris ac probatis, noti sint modo, quem ad modum mihi cum quoque sit confligendum considerabo. sin 19 unus color, una vox, una natiost omnium testium, si quod ii dicunt non
5 modo nullis argumentis, sed ne litterarum quidem aliquo genere aut publicarum aut privatarum, quod tamen ipsum fingi potest, confirmare conantur, quo me vertam, iudices, aut quid agam? cum singulis disputem? quid? non habuisti quod dares. habuisse se dicet. quis id sciet, quis iudicabit? non fuisse causam. finget fuisse. qui refellemus? potuisse non dare,
10 si noluisset. vi ereptum esse dicet. quae potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare? non agam igitur cum ista Sar- 10 20 dorum conspiratione et cum expresso, coacto sollicitatoque periurio suptiliter neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram, sed contra impetum istorum impetu ego nostro concurram atque confligam. non
15 est unus mihi quisque ex illorum acie protrahendus neque cum singulis decertandum atque pugnandum: tota est acies illa uno impetu prosternenda.

Est enim unum maximum totius Sardiniae frumentarium crimen, de 21 quo Triarius omnis Sardos interrogavit, quod genus uno testimonii
20 foedere et consensu omnium est confirmatum. quod ego crimen ante-

16 *Schol. Ambr. Stangl 274, 10–11* hoc dicit: cum sint impudentissimi testes, non debere singulis responderi, sed universis simul

1 DEFEN|DENDO **A** DEFENDO| **T** || 2 NITERETES|TIB· **T** (TESTIB)VSN-(ITE)RE **A** || 2.3 *ICO***|*O***P**VA|**********|**QVEMADMO|DVM **A** dico viris bonis provatis notis modo *rectissime prop. suppl. Schoell in app.* || 3 SITCO⁻| FLIGENDVM **T** CONFLI|GENDVMSIT **A** || 4 NATIOST **AT** natio est *Clark et al.* || 5 ALIQVOGENERE **T** *LIQ***NERE **A** || 8 NON ... *folium III*[r] **A** *incipit* non *del. prop. Kayser in adn. critica XXIV* | tu *post* habuisti *tempt. Francken 378* || 8–10 dares. ... sciet, ... iudicabit? ... causam. ... refellemus? ... noluisset. *dist. Mueller LXXIV et 250–251* dares? ... causam? ... noluisset? *dist. edd. ante Mueller* dares. ... scit? ... indicavit? ... causam ⟨dicam⟩? ... refellemus? ... noluisset? *prop. Francken 377–378* dares! habuisse ... causam! finget ... *interp. Grimal* || 8 DICET| **T** DICIT| **A** | QVISIDISCIETQVIS **T** QVISIDSCIET|QVISID **A** | IVDI|CABIT **T** IVDICA|VIT **A** | sciet ... iudicabit *Peyron* scit ... iudicabit *Kayser* scit ... indicavit *Beier, Francken 377–378* || 9 non¹ *del. prop. Kayser, cf.* 8 || 10 SI **T** SE **A** | NOLVISSET **AT** voluisset *A. S. Wesenberg, Observationes criticae in M. Tullii Ciceronis pro P. Sestio orationem, sive censura III. ed. Orellianae, Viburgi 1837, 47* || 12 EX|PRESSO **A** EPRES|SO **T** | COACTO **T** ETCOACTO **A** || 13 SVPTILITER|NEG· **T** SVB|TILITERNEC **A** | acu⟨ta⟩ quaedam ⟨et⟩ *Kreyssig auctoritate Cic. de or. 3, 32, prob. Mueller in app. LXXV* || 14 ISTORVM **T**, *prob. Klotz, Francken 385 et al.* ISTVMIL|LORVM **A** *ex emendatione ortum putat S. Mariotti apud Ghiselli 66* || 15 MIHIQVISQ· **T** QVISQ·|MIHI **A** || 16 PROSTERNENDA| **T** PROSITERNENDA| **A** || 19 genus *del. Gaumitz 285* | V*O **A** VNVM **T**

quam attingo, peto a vobis, iudices, ut me totius nostrae defensionis quasi quaedam iacere fundamenta patiamini. quae si erunt, ut mea ratio et cogitatio fert, posita et constituta, nullam accusationis partem per-
22 timescam. dicam enim primum de ipso genere accusationis, postea de Sardis, tum etiam pauca de Scauro: quibus rebus explicatis tum denique 5
ad hoc horribile et formidulosum frumentarium crimen accedam.

11
23 Quod est igitur accusationis, Triari, genus, primum ut inquisitum non ieris? quae fuit ista tam ferox, tam explorata huius opprimendi fiducia? pueris nobis audisse videor L. Aelium, libertinum hominem litteratum ac facetum, quom ulcisceretur patroni iniurias, nomen Q. Titi Muttonis, ho- 10
minis sordidissimi, detulisse. a quo cum quaereretur, quam provinciam aut quam diem testium postularet, horam sibi octavam, dum in foro bo-
24 vario inquireret, postulavit. hoc tu idem tibi in M. Aemilio Scauro putasti esse faciendum? 'delata enim' inquit 'causa ad me Romam est.' quid? ad me Siculi nonne Romam causam Siciliae detulerunt? at qui homines: 15
prudentes natura, callidi usu, doctrina eruditi. tamen ego mihi provin-
25 ciae causam in provincia ipsa cognoscendam et discendam putavi. an ego querellas atque iniurias aratorum non in segetibus ipsis arvisque cognoscerem? peragravi, inquam, Triari, durissima quidem hieme vallis Agrigentinorum a⟨t⟩que collis. campus ille nobilissimus ac feracissimus 20

4 dicam enim primum. propositio || 20 *Iul. Ruf. rhet. 47, 27* ὑπερβολή aliis tropus videtur: ceterum fit, cum excedit veritatem sententia: . . . apud Tullium: campus ipse me causam paene docuit Leontinus; *Fortun. rhet. 3, 5, p. 123, 25–27* ubi frequentius ponenda sunt longiora? in fine elocutionis, ut: ipse me causam campus paene docuit Leontinus

1 PETOAVOBIS| **A** PETAVO|BIS **T** || 2 IA|CEREFVNDAMEN|TA **A** *prob. Schoell propter numerum rationemque* FVNDA|MENTAIACERE **T** *prob. Francken 385, rec. Mueller, Clark, The Descent . . . 155 et al.* | SIERVNT **A** FIERVNT **T** || 3 ACCVSATIONIS . . . *folium III*ᵛ **A** *incipit* || 6 HORRIBILE **AT** terribile *Mai* || 7 TRIARI **A** TRIARII **T** | *signum interrogationis ab edd. post* genus *positum Beier post* 8 ieris *transp. quod edd. post. prob.* | VTINQVISITVM . . . *folium III*ʳ **T** *incipit* || 8 IERIS **A** ERIS *in* IERIS **T**¹ *corr.* I *supra* E *scripto* | FE|ROX **A** FERAX **T** | FIDV|CIA **A** FIDICIA **T** || 9 L. Aelium *Peyron* LAELIVM **T** VAELIVM| **A** || 9–10 ac facetum *om.* **A** || 10 Q. Titi *Schoell et in app. laud. Buecheler, Zu Plautus . . . 118–120, Sonny, Mutto . . . 382–383* I|QVET **A** QVIN. *Ghiselli in* **A** *'cunctanter' legit* TITIQ· **T** Q. *edd.* T. Quincti *Francken 385–386, quod prob. Ghiselli* || 11 QVAERERETVR| **T** QVAERETVR **A** || 12 POSTV|LARET **A** POS|TVLARE **T** | DVM **T** *VM **A** || 13 M. *om.* **A** | PVTASTI| **T** PVTVS|TI **A** || 14 ad me *om.* **T** | Romam *Francken 378* ROMAE **AT** *edd. vett., Grimal* | QVID **A** QVI **T** || 15 ROMAM **T** ROMAE **A** (roma **A** *apud Ghiselli sed non recte*) | at qui *Madvig, Adversaria . . . 232* ATQVI **T** ADQVI **A** adque *Mai* | *post* homines *signum exclamationis posuit Grimal* || 16 PRVDENTES *bis* **A** *sed alterum exp.* | VSV **A** *ex* VSOV **T** || 17 INPROVINCIAMIPSA **T** *cf. Schoell, Zu dem . . . 156* INPRO|VINCIAMIPSA⁻ **A** | et discendam *om.* **A** || 18 iniurias . . . **A** *deficit* | İNONIN **T** || 19 peragravi *bis Orelli* || 20 NOBILISSI|MVS *ex* NOBILISSI|MORVM **T**¹

ipse me causam paene docuit Leontinus. adii casas aratorum, a stiva ipsa
homines mecum colloquebantur. itaque sic fuit illa expressa causa, non 26
ut audire ea quae dicebam, iudices, sed ut cernere et paene tangere vide-
rentur. neque enim mihi probabile neque verum videbatur me, cum fi-
5 delissimae atque antiquissimae provinciae patrocinium recepissem, cau-
sam tamquam unius clientis in cubiculo meo discere.

12 27 Ego nuper, cum Reatini qui essent in fide mea me suam publicam cau-
sam de Velini fluminibus et cun⟨i⟩culis apud hos consules agere voluis-
sent, non existimavi me neque dignitati praefecturae gravissimae neque
10 fidei meae satis esse facturum, nisi me causam illam non solum homines,
sed etiam locus ipse lacusque docuisset. neque tu aliter fecisses, Triari, 28
si te id tui isti Sardi facere voluissent, hi, qui te in Sardiniam minime ve-
nire voluerunt, ne longe aliter omnia atque erant ad te delata cognosceres,
nullam multitudinis in Sardinia querellam, nullum in Scauru⟨m⟩ odium
15 popu⟨li⟩ ****

13 29 **** ⟨anhe⟩litu Aetnam ardere dicunt, sic Verrem operuissem Sicilia
teste tota. tu co⟨m⟩p(e)rendinasti un⟨o⟩ teste producto. at quo teste, di
immortales, non satis, quod uno, non, quod ignoto, non, quod levi:
etiamne Valerio teste primam actionem confecisti, qui patris tui beneficio
20 civitate donatus gratiam tibi non inlustribus officiis, sed manifesto peiurio
rettulit? quodsi te omen nominis vestri for(te) dux(it), nos tamen id more 30
maiorum, quia faustum putamus, non ad perniciem, verum ad salutem

1 *Arus. gramm. 7, 453, 15* adii illum, Cicero pro Scauro: adii causas oratorum | *Serv. georg. 1, 174* stivaque manica aratri, qua regitur, id est gubernaculum. Cicero in Scauriana: a stiva ipsa mecum homines loquebantur || 20–21 *Schol. Ambr. Stangl 274, 13–22* aput antiquos omnibus in rebus publicis et privatis mos erat ut etiam ex nominibus sumerentur auspicia. unde aput eos consul factus, si coepisset colligere milites et novum sibi exercitum scribere, laborabat ut haec duo nomina prima induceret — et, si non fuissent his nominibus homines, fingebantur: necesse enim erat ut haec nomina prima essent in exercitu propter omen —: Valerius et Statorius. ex Valeri autem nomine hoc omen trahebatur, ut valeret exercitus, ex Statori ut staret. dicit Cicero: forte tu ideo primum testem induxisti Valerium, propter omen: ut valeret accusatio. sed quoniam hoc nomen faustum semper a maioribus putatum, ad salutem magis debere valere, non ad perniciem

1 ADII *ex* ADOI T^{1} *Arus.* | SASARATORVM *folium* III^{v} **T** *incipit* || 2 COLLOQVEBANTVR *ex* COLLOQVEBANT **T** VR *suprascr.* || 3 IVDICES *ex* DICES **T** IV *suprascr.* | tangere ⟨res⟩ *prop. Schoell in app. propter clausulam* || 8 cuniculis *Peyron* CVNCVLIS **T** || 11 DOCVISSVET| **T** || 14 Scaurum *Orelli* SCAVRO **T** || 14–15 ODIVMPOPV **T** *deficit* popu⟨li⟩ *suppl. edd.* || 16 LITVAETNAM *folium* IV^{r} **A** *incipit* ⟨anhe⟩litu *suppl. Beier* | OPERV|ISSEM **A** obruissem *Heinrich* (*Cic. off. 3, 48* lapidibus obruerunt), *contra Schoell in app. Ter. Ad. 182* usque ad necem operiere loris *laudat, cf. etiam Cic. Verr. 2, 119* quem iste conlegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro || 17 tu [o] . . . un⟨o⟩ *Schoell qui* o *ad* um *et non ad* tu *adscribendum putat* TVOCOP*|RENDINASTIVM| **A** tu ⟨un⟩o co⟨m⟩p(e)rendinasti ⟨re⟩um *Beier* tu ⟨ver⟩o . . . un⟨o⟩ *Halm 27* || 20 MA|NIFECTO **A** || 22 ⟨valere⟩, verum *Beier duce Schol. Ambr.*

14 interpretamur. sed omnis ista celeritas ac festinatio, quod inquisitionem,
quod priorem actionem totam sustulisti, illu⟨d⟩ patefecit et inlustravit,
quod occultum tamen non erat, non esse hoc iudicium iudici, sed comitiorum consularium causa comparatum.

31 Hic ego Appium Claudium, consulem fortissimum atque ornatissimum 5
virum mecumque, ut s[u]pero, fideli in gratiam reditu firmoque coniunctum, nullo loco, iudices, vituperabo. fuerint enim eae partes aut eius,
quem id facere dolor et suspicio sua coegit, aut eius, qui has sibi partes
depoposcit, quod aut non animadvertebat quem violaret aut facilem sibi
32 fore in gratiam reditum arbitrabatur; ego tantum dicam, quod et causae 10
satis et in illum minime durum aut asperum possit esse. quid enim habet
turpitudinis Appium Claudium M. Scauro esse inimicum? quid? avos eius
P. Africano non fuit, quid? mihi ipsi idem iste, quid? ego illi? quae inimicitiae dolorem utrique nostrum fortasse aliquando, dedecus vero certe
33 numquam attulerunt. suscessori decessor invidit, voluit eum quam ma- 15
xime offensum, quo magis ipsius memoria excelleret; res non modo non
15 abhorrens a consuetudine, sed usitata etiam et valde pervagata. neque
vero tam haec ipsa cotidiana res Appium Claudium illa humanitate et
sapientia praeditum per se ipsa movisset, nisi hunc C. Claudi, fratris sui,
34 competitorem fore putasset. qui sive patricius sive plebeius esset — non- 20
dum enim certum constituerat — cum hoc sibi contentionem fore putabat, Appius autem hoc maiorem etiam, quod illum in pontificatus petitione, in saliatu, in ceteris meminerat fuisse patricium. quam ob rem

17–22 *Ascon. Scaur. 27, 2–6 Stangl* CIR. MEDIVM neque vero ... putabat ||
20–21 *Schol. Ambr. Stangl 274, 23 – 275, 23*

2 illu⟨d⟩ *suppl. Mai* ILLV| **A** || **6** SVPERO **A** || **7** fuerint *Francken 378–380* FVERANT **A** || **8** dolor et *Mai* DOLERET| **A** | AVTEIVS *folium IV*^{r} **T** *incipit* || **9** DEPOPOSCIT| **A** DEPOPOSSIT **T** | non *om.* **T** | ANIMADVER *folium IV*^{r} **A** *incipit* || **10** INGRATIAMRE|DITVM **A** REDITVMINGRA|TIA **T** || **12.13** AVOSEIVS|P· **T** AVOSP·| **A** || **13** *post* quid^{1} *dist. Kreyssig, post* mihi *edd. priores* || **15** SVSCESSORI **T** SVCCESSVM **A** successori *prob. Francken 386* | DECESSOR **AT** *contra Wolff* | VOLVIT **T** ET|VOLVIT **A** *Orelli* || **16** MEMORIAEXCEL|LERET **T** *prob. Perret 441* MEMORIA⁻|LACESSERET **A** || **17** ETIAM|ETVALDEPERVAGATA **T** ETIAMNVM|ETVVLGATA **A** etiam nunc *Baiter auctoritate Cic. Flacc. 3, sed cf. Francken 386* etiam et valde pervulgata *Ghiselli, cf. Nardo 471* || **18** TAM| **A** TAMEN **T** *om. Ascon.* || **19** C. *om. Ascon.* || **20** COMPETITOREM **AT PS**^{2} -ditorem **S** -ritorem **M** | NONDVM| **T** *Ascon.* NON **A** *prob. L. Havet, Manuel de critique verbale appliquée aux textes latins, Paris 1911, 288 qui* dum *del. putat* || **21** CERTVMCONSTITVE|RATCVMHOCSIBI **T** CERTVMCONSTI|TVERATCVMHOC|SIBICERTVM **A** constitutum erat cum illo *Ascon.; contra lectionem Asconianam cf. Kreyssig 455–456, Beier Asconium prob., Baiter utramque lectionem non ref.* | TIONEMFORE *folium IV*^{v} **T** *incipit* || **22** hoc *del. Francken 381*

se consule neque repelli fratrem volebat neque, iste si patricius esset,
parem Scauro fore videbat, nisi hunc aliquo aut metu aut infamia
perculisset. ego id fratri in honore fratris amplissimo non conceden- **35**
dum putem, praesertim qui quid amor fraternus valeat paene praeter
5 ceteros sentiam? at enim frater iam non petit. quid tum? si ille retentus
a cuncta Asia supplice, si a negotiatoribus, si a publicanis, si ab omnibus
sociis, civibus exoratus anteposuit honori suo commoda salutemque pro-
vinciae, propterea putas semel exulceratum animum tam facile potuisse
sanari? quamquam in istis omnibus rebus, praesertim apud homines bar- **16** **36**
10 baros, opinio plus valet saepe quam res ipsa. persuasum est Sardis se nihil
Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint; multo-
rum etiam spe commodorum praemiorumque ducuntur; omnia consulem
putant posse, praesertim ultro pollicentem. de quo plura iam non dicam.
quamquam ea, quae dixi, non secus dixi quam si eius frater essem, non **37**
15 is qui et est et qui multa dixit, sed is qui ego esse in meum consuevi. ge-
neri igitur toti[us] accusationis resi⟨s⟩tere, iudices, debetis, in quo nihil
more, nihil modo, nihil considerate, nihil integre, contra improbe, tur-
bide, festinanter, rapide omnia conspiratione, imperio auctoritate, spe
minis videtis esse suscepta. **17**
20 Venio nunc ad testes, in quibus docebo non modo nullam fidem et auc- **38**
toritatem, sed ne speciem quidem esse aut imaginem testium. etenim
fidem primum ipsa tollit consensio, quae patefacta est conpromisso Sar-
dorum et coniuratione recitata; deinde illa cupiditas, quae suscepta est

10–11 *Arus. gramm. 7, 466, 11–12* detraho de te, Cicero pro Scauro: nihil Sardos Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint

1 SECONSVLENEQ· *folium* IV^{v} **A** *incipit* | neque, iste *Mueller qui in app.* ille *prop.* NE|Q·IPSE **T** NEQVE **A** *Orelli*, *Kayser qui* ipse *post* **2** nisi *transp.* || **3** FRA-TRIIN|HONOREFRATRIS| **A** FRATRINHONORE|FRATRIS **T** || **3.4** AM-PLISSIMON|*************|PVTEM **A** || **4** QVIQVID| **A** QVM|QVID **T** || **6** SVP-PLICESI| **A** SVPPLICEI **T** || **7** SALVTEMQVE **A** SATV|TEMQ· **T** || **8** PV|-TASSEMEL **A** PVTASSENTVEL **T** putem semel *Orelli* | ANIMVMTAM|FA-CILE **T** ANI|*VM***FACI|LE **A** || **11** SCAV|RI **T** SAVRI *in* SCAVRI **A** C *supra* SA *scr.* | MVLTORVM . . . **T** *deficit* || **12** ETIA| **A** || **13** POLLICENTE| **A** || **14** SESECVS **A** || **15** ETQVI **A** *prob. Cramer, Heinrich, Wolff* et ⟨ini⟩qua *Francken 382* et qui ⟨parum fraterne⟩ *in app. tempt. Clark* | CONSVEVI . . . *folium* V^{r} **A** *incipit* || **16** toti *Mueller* TO|TIVS **A** | RESITERE **A** || **16–17** nihil more, nihil modo *Niebuhr auctoritate Cic. Mur. 72* more et modo, *cf. contra Francken 382 qui* nihil modo *del.* NIHILMODE|NIHILMODO **A** nihil moderate, nihil modo *Mai* || **18** RA|PIDE **A** cupide *Beier* rabide *Baiter quod prob. Busche 348 auctoritate Cic. Tusc. 5, 16* omnia rabide adpetentem, *at Francken 382 Cic. or. 128 laudat* quod cum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest | omnia *bis Cramer* || **18–19** SPEMINHIS| **A** || **22** PA|TEFACTA *vel* LA|TEFACTA **A** (patefacta *Peyron*, latefacta *Mai*) labefacta *Beier* || **23** RECITATA **A** rogitata *Mai* cogitata *Kreyssig prop. qui* **22** latefacta *prob.*

spe et pr(omissione) pr(ae)miorum; postremo ipsa natio, cuius tanta va-
nitas est, ut libertatem a servitute nulla re alia nisi mentiendi licentia
39 distinguendam putent. neque †ego Sardorum querellis moveri nos num-
quam oportere. non sum aut tam inhumanus aut tam alienus a Sardis,
praesertim cum frater meus nuper ab [h]is decesserit, cum rei (fr)u(men- 5
tari)ae Cn. Pompe⟨i⟩ missu praefuisset, qui et ipse illis pro sua fide et
40 humanitate consuluit et eis vicissim percarus et iucundus fuit. pateat
vero hoc perfugium dolori, pateat iustis querellis, coniuratio intercluda-
tur, obsaepiatur insidiis, neque hoc in Sardis magis quam in Gallis, in
18 Afris, in Hispanis. damnatus est T. Albucius, C. Megaboccus ex Sar⟨di⟩- 10
nia non nullis etiam laudantibus Sardis. ita fidem maiorem varietas ipsa
41 faciebat: testibus enim aequis, tabulis incorruptis tenebantur. nunc est
una vox, una mens non expressa dolore, sed simulata, neque huius
iniuriis, sed promissis aliorum et praemiis excitata. at creditum est ali-
quando Sardis. et fortasse credetur aliquando, si integri venerint, si in- 15
corrupti, si sua sponte, si non alicuius inpulsu, si soluti, si liberi. quae si
erunt, tamen sibi credi gaudeant et mirentur. cum vero omnia absint, ta-
men se non respicient, non gentis suae famam perhorrescent?
19
42 Fallacissimum genus esse Phoenicum omnia monumenta vetustatis at-
que omnes historiae nobis prodiderunt. ab his orti Poeni: multis Cartha- 20
giniensium rebellionibus, multis violatis fractisque foederibus nihil se

1 *Quint. inst. 2, 1, 89* quod ad nationes exteras pertinet, Cicero varie: detracturus Graecis testibus fidem, doctrinam iis concedit ac litteras, seque eius gentis amatorem esse profitetur; Sardos contemnit

1 PR********PR**|MIORVM A *suppl. Mai* || 2 ME|TIENDI A || 3 DITINGV-ENDĀ *in* DISTINGVENDĀ A S *supra* IT *scr.* | *crucem post* neque *posuit Schoell* | EGO A aio *Heinrich* ego ⟨dico⟩ *Orelli* ego ⟨nego⟩ *Beier in add.*, numquam *in* umquam *corrigens* nego *et* ⟨non⟩ *ante* 3 numquam *suppl. tempt. in app. Clark* ⟨dico⟩ *post* querellis *Mueller* || 4 ⟨aio⟩ *ante* oportere *suppl. Mai* ⟨dico⟩ *Beier* || 5 iis *Mueller* HIS A eis *Clark* || 5. 6 **V*******|AECN·POMPE· A *suppl. Mai* || 8 vero *post* perfugium *Francken 382–383* | VMDOLORI *folium VI*[r] A *incipit* | CONIVRATIONI A *cf. Ghiselli in app.* coniuratiovi *false lecto in* coniuratio⟨ni⟩ v⟨ia⟩ *corr. Beier et al., in* coniurationi *corr. Wolff et Madvig; cf. contra Francken 383 qui* coniuratio⟨ni⟩ v⟨ia⟩ *prob.* || 9 obsaepiatur *Peyron, prob. Francken 383* OBSEDIA|TVR *vel* OBSIDIA|TVR A obsidietur *Mai* obsideatur *Kreyssig, rec. Ghiselli et al.* || 10 T. *Beier* L·| A | ·C· A ⟨et⟩ C. *Mai* cum (Megabocco) *prop. Francken 383* | ME|GABOCCVS A Megabocchus *Heinrich, cf. Cic. Att. 2, 7, 3* Megabocchus et haec saginaria iuventus inimicissima est *et Plut. Crass. 25, 3 Μεγάβακχος cf. Shackleton Bailey, Cicero's Letters to Atticus, Cambridge 1965, 1, 366* | SAR|NIA A *suppl. Mai* || 11 VARIETASĖ A varietas *edd.* varietas et *Grimal* varietate *Ghiselli in* A *sed dub.* || 15 *post* Sardis *signo exclamationis dist. Grimal* || 17 TAMEN| A tum *Heinrich* tamen *post* et mirentur *prop. in app. Schoell* || 19 FOENI|CVM A || 20 PHOE|NI A *post* Poeni *dist. Schoell* | Carthaginiensium *delere prop. in app. Mueller* sociorum *vel* domesticis *tempt. Busche 348, quod Schoell in app. ref.* || 21 rebellionibus *Mai* REBELLIEN|SIBVS A

degenerasse docuerunt. a Poenis admixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi constituti, sed amendati et repudiati coloni.
quare cum integri nihil fuerit in hac gente plena, quam valde eam puta- **43**
mus tot tran⟨s⟩fusionibus coacuisse? hic mihi ignoscet Cn. Domitius Sin-
5 caius, vir ornatissimus, hospes et familiaris meus, ignoscent †d **** ones
ab eodem Cn. Pompeio civitate donati, quorum tamen omnium laudatione utimur, ignoscent alii viri boni ex Sardinia: credo enim esse quos- **44**
dam. neque ego, cum de vitiis gentis loquor, neminem excipio; sed a me
est de universo genere dicendum, in quo fortasse aliqui suis moribus et
10 humanitate stirpis ipsius et gentis vitia vicerunt. magnam quidem esse
partem sine fide, sine societate et coniunctione nominis nostri re⟨s⟩ ipsa
declarat. quae est enim praeter Sardiniam provincia, quae nullam habeat
amica⟨m⟩ populo Romano ac liberam civitatem? Africa ipsa parens illa **45a**
Sardiniae, quae plurima et acerbissima cum maioribus nostris bella gessit,
15 non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate
Punicorum bellorum Vtica teste defendit. Hispania ulterior Scipionum
int⟨eritu⟩ ***

1–2 *Pomp. gramm. 5, 144, 29–30* Sardus et Sardiniensis. quamquam in Cicerone in Scauriana invenimus istam discretionem de Sardis et Sardiniensibus, ut illos incolas, illos advenas doceat || 4 *Schol. Ambr. Stangl 275, 24* Cn. Domitius Sincaius, quem Pompeius civem Romanum fecerat || 13 *Schol. Ambr. Stangl 275, 25 – 276, 2* liberam civitatem. aliae civitates sunt stipendiariae, aliae liberae; stipendiariae, quae bello subiunguntur, liberae, quae ad amicitiam sponte veniunt. dicit Cicero: in omnibus provinciis, quae contra nos bella gesserunt, invenimus aliquas civitates liberas quae ad amicitiam nostram sponte venerunt; sola Sardinia est in qua nulla civitas nobis amica sit (*Balb. 24, Verr. 2, 3, 12*) || 16–17 *Schol. Ambr. Stangl 276, 3–6* Scipiones, cum gererent in Hispania bellum, occisi ambo sunt. deficientibus tunc omnibus Hispaniae civitatibus ab amicitia populi Romani Gaditana sola civitas in fide mansit defectumque ac sine imperatoribus Romanum suscepit ac fovit exercitum

1–2 *recte Schoell Pomp. gramm. 5, 144, 29–30 cum hoc loco coniungit, aliter ac nonnulli, e. g. Mueller, Clark, Grimal, qui post Scaur. 50 colloc.* || 1 AFRORVM *folium VI*^v A *incipit* || 2 amandati *Mai* AMENDATI A || 3 PLE|NA A pura *Heinrich* Poena *Francken 384* Punice *maluit Mueller in app.* ⟨pestilentiae⟩ plena *Clark, sed cf. contra Busche 348 qui Mil. 24* (sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad praeturam gerendam, hoc est ad evertendam rem publicam, plenum annum atque integrum) *et or. 157* (quasi vero nesciamus in hoc genere et plenum verbum recte dici et inminutum usitate) *laudat. Clark, The Descent . . . 155 auctoritate Cic. fam. 7, 24, 1* hominem pestilentiorem patria sua *coniecturam suam prob.* || 5 *post* ignoscent *crucem posuerunt Mueller, Kayser, al.* | D****ONES A d***cones *Peyron* deletones *Mai* delecones *dub. Schoell* denique omnes *Beier, prob. Orelli et al., sed cf. Francken 385 qui* decuriones *frustra tempt., et Schoell qui recte nomen ignotum susp. est* || 8 vitiis *Peyron* VITTIS *recte in* A *legit Ghiselli* | SEDAMEṄ A sed ⟨t⟩amen *Mai in app. tempt., sed cf. Orelli qui Cluent. 118* a me . . . dicentur *laud.* || 11 re⟨s⟩ *suppl. Mai* || 13 amica⟨m⟩ populo Romano ac *Mai* AMI|CAPRAC A || 17 *post* INT *deficit* A (*folium VI*^v) int⟨eritu⟩ *suppl. Beier*

b **** copiis inops, gente fallax.

c (Arverni) inventi sunt, qui etiam fratres populi Romani vocarentur.

20
45f hoc nomine audito, quod per omnes gentes pervagatum est ***
Tullius imperat Sardis, ut de familia nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentirent. 5

21
45h nam cum ex multis unus ei restaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Caepione, propinquo suo, contra Scaurum patrem su[umo]bsignaverat, [ceteras] eas sibi inimicitias non susceptas, sed relictas ***

20
45d quae, malum, est ista ratio?
quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutarit? 10

De aedilitate M. Scauri et opulentia ludorum plenissime dixit in ea oratione, qu[i]a ipsum quoque M. Scaurum defendit.

21
45i praesertim cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis. 15

1 *Arus. gramm. 7, 480, 4–5* inops hac re, Cicero pro Scauro: copiis inops, gente fallax || **2** *Schol. Lucan. 1, 427* Arvernique] de his Cicero ait in Scauriana: inventi sunt, qui etiam fratres populi Romani nominarentur || **3** *Arus. gramm. 7, 503, 17–18* 'per' geminata praepositio, Cicero pro Scauro: hoc nomine . . . pervagatum est. || **4–5** *Amm. 22, 15, 24* has monstruosas antehac raritates in beluis in aedilitate Scauri vidit Romanus populus primitus, patris illius Scauri, quem defendens Tullius imperat Sardis, ut de familia nobili ipsi quoque cum orbis terrarum auctoritate sentirent, et per aetates exinde plures saepe huc ducti nunc inveniri nusquam possunt, ut coniectantes regionum incolae dicunt insectantis multitudinis taedio ad Blemmyas migrasse compulsi || **6–8** *Ascon. Scaur. 27, 12–17 Stangl* POST DVAS PARTES ORATIONIS dicit dein de Scauro quem defendit: nam cum . . . relictas et cetera || **9** *Eugraph. Ter. Heauton. 4, 3, 38* 'malum' autem interiectum nihil significat, sed exclamationis continet locum, quomodo Cicero pro Scauro: quae . . . ratio? || **10** *Isid. orig. 19, 23, 5* mastruca vestis Germanica ex pelliculis ferarum. de qua Cicero pro Scauro: quem . . . mutavit? || **12–13** *Schol. Cic. Bob. in Sest. 116* de . . . defendit || **14–15** *Ascon. Scaur. 27, 22–25 Stangl* POST TRES PARTES ⟨A⟩ PRIMO quo loco defendit, quod tam magnificam domum Scaurus habet: praesertim . . . cupiditatis

2 *cf. Halm 27 et Courtney 156* || **4–5** de . . . sentirent *cum* **3** pervagatum est *coniunxit Beier et in* de familia . . . sentiatis *mutavit* || **6–7** quicumque S || **7** su[umo]bsignaverat *Mommsen* suum *del. Halm 27, rec. Kiessling–Schoell* suum obsignaverat **MPS** suum subsignaverat *Clark et al.* || **8** ceteras **S** steteras **MP** stateras *dett.* litteras *Beier, prob. Baiter, del. Kreyssig 480* | eas *del. Mommsen ducibus Kiessling–Schoell, prob. Ghiselli* | sibi *om.* **S** | relictas *Beier* relatas **MPS** || **9** *frg. Eugraphi om. Orelli, ante frg. 45[d] pos. Klotz, cf. Gaumitz 282* || **10** mutarit *Courtney 156* mutavit *Isid.* mutabit *Stangl, Tulliana . . . 8* || **12–13** *cf. Gaumitz 286, Ascon. Scaur. arg. 22, 9–10 Stangl* || **13** quia *cod. rescriptus Bobiensis* || **14** loci *Ascon.* fori *Schoell in app. propter* loco *in v. praec. apud Ascon.*

ego porro qui Albanas habeo columnas, clitellis eas adportavi. **22** 45 l
domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. incurristi 45 n
amens in columnas, in alienos insanus insanisti, depressam, caecam,
iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti.
5 haec cum tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis, ut 45 o
M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria
sordidissimae, vanissimae, levissimae genti ac prope dicam pellitis testibus condonetur?

Vndique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocumque non **23** **46**
10 modo mens, verum etiam oculi inciderint. curia illa vos de gravissimo
principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse Metellus, avus huius,
sanctissimos deos illo constituisse templo videtur in vestro conspectu,
iudices, ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur, quod ipsi saepe multis laborantibus atque implorantibus ope sua subvenissent. Capitolium **47**
15 illud templis tribus inlustratum, paternis atque etiam huius amplissimis
donis ornati aditus Iovis optimi maximi, Iunonis Reginae, Minervae
M. Scaurum apud ****

illius L. Metelli, pontificis maximi, qui, quom templum illud arderet, **(48)**
in medios se iniecit ignes et eripuit e flamma Palladium illud, quod quasi

1 *Quint. inst. 5, 13, 40* nonnumquam elevandae invidiae gratia quae asperius dicta sunt eluduntur, ut a Cicerone Triarius. nam cum Scauri columnas per urbem plaustris vectas esse dixisset, ego porro, inquit, . . . adportavi | *Quint. inst. 8, 6, 47* habet usum talis allegoriae frequenter oratio, sed raro totius, plerumque apertis permixta est. tota apud Ciceronem talis est: hoc miror, hoc queror, quemquam hominem ita pessumdare alterum velle, ut etiam navem perforet, in qua ipse naviget || **2–4** *Cic. or. 223–224* sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me: domus . . . aestimasti; dichoreo finitur; *quod commemoravit Rufin. gramm. 6, 571, 8–15,* domus . . . egebas *serv. Diom. gramm. 1, 466, 6–7, Quint. inst. 9, 2, 15, Aquila rhet. 30, 1–2, Mart. Cap. rhet. 480, 13–14* || **5–8** *Ascon. Scaur. 28, 6–9 Stangl* VER. A NOV*** haec . . . condonetur? || **9–13** *Ascon. Scaur. 28, 13–19 Stangl* VER. A. NOVIS. CLX undique . . . deprecarentur

1 clitellas eas deportavi *Quintiliani codex Ambrosianus E 153* | *Beier Quint. inst. 8, 6, 47 Scaurianae trib. et num. 45m designavit, sed cf. Halm 7 et Gaumitz 287* || **2–4** *Scaurianae tribuit Sigonio, ref. Spalding ad Quint. inst. 9, 2, 15 et Halm 7, sed cf. Gaumitz 287–288 qui Sigonio prob.* || **3** alienis [insanus] *Rufin.* aliena *Burchard* || **5** effugere **P** effigere **MS** | postulabis **MP** postulas **S** || **6** cum patris **MP** cura patris **S** || **7** uanissime leuissime **S** leuissime uanissime **P** uanissinae **M** || **8** condonetur **MPS** condemnetur *Patrizzi* || **9** suppeditat mihi *Loys* || **10** inciderint **MPS** *def. Ghiselli. cf. eius disputatiunculam: Quicumque num coniunctivum admittat, Latinitas 1, 1953, 156–158* inciderunt *RKlotz, cf. Halm 27* | de clarissimo patri **S** || **12** TVISSE *folium V[r]* **T** *incipit* | TEMPLO **T MS** in templo **P** || **13** nepotis sui **MPS** NEPOTISVO **T** | deprecarentur **S** DEPRAECAREN|TVR **T** deprecaretur **MP** || **14** opem suam *Beier* || **17** *post* APVD *lacuna in* **T** (*desunt septem versus ca. 17–21 litterarum*) || **18** QVVM **T** || **19** E **T** *cf. Schoell, Zu . . . 157 om. Peyron et al.*

pignus nostrae salutis atque imperii Vestae custodi⟨i⟩s continetur. qui
48 utinam posset parumper existere: eriperet ex hac flamma stirpem profecto suam, qui eripuisset ex illo incendio di ***

24
49 **** tum te vero, M. Scaure, ⟨e⟩quidem vide⟨o⟩, video, inquam, non cogito solum, nec vero sine magno animi maerore ac dolore, quom tui 5 filii squalorem aspexi, de te recordor. atque utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ⟨es⟩ ante oculos, sic nunc horum te offeras mentibus et in horum animis adhaerescas. species me dius *****

**** etiamsi forte non nosset, tamen principem civitatis esse diceret.
50 quo te nunc modo appellem? ut hominem? at non es inter nos. ut 10 mortuum? at vivis et viges, at in omnium animis atque ore versaris, atque divinus animus mortale nihil habuit, neque tuorum quicquam potuit emori praeter corpus. quocumque igitur te mo⟨do⟩ ***

51 *periclitantem vero commendat dignitas et studia fortia et susceptae bello cicatrices et nobilitas et merita maiorum. hoc quod proxime dixi Cicero atque* 15 *Asinius certatim sunt usi, pro Scauro patre hic, ille pro filio.*


52 universe.

6 *Arus. gramm. 7, 505, 10* recordor de illo, Cicero pro Scauro: de te recordor || 14–16 *Quint. inst. 6, 1, 21* || 17 *Char. gramm. 1, 224, 31* 'universe' Cicero pro Scauro


1 CVSTODIS|VESTAE **T** custodi⟨i⟩s *suppl. Beier* Vestae custodi⟨i⟩s *Schoell* || 2 *post* existere *signo exclamationis dist. Grimal* || 3 *post* INCENDIODI *desunt septem versus in* **T** || 4 *post* tum *dist. Mueller* | ⟨e⟩quidem *C. Z., Jenaische Literaturzeitung 25, 1824, 436, Beier* QVIDEM **T** | vide⟨o⟩ *Beier* VIDI **T** || 7 ⟨es⟩ *post* versatus *transp. Ghiselli propter clausulam quod prob. Grimal* ⟨es⟩ *post* oculos *suppl. Beier* || 8 *post* DIVS *desunt septem versus in* **T** || 13 *post* MO *desunt septem versus in* **T** mo⟨do⟩ *suppl. Beier*

INDEX NOMINVM


TABVLAE



1) Codex rescriptus Ambrosianus R 57 sup., folium I recto: *Scaur. 8–1t*
TEDIXILIBIDINO – DIGITVLISDVOBVS





2) Folium I verso: *Scaur. 10–13*: OBLIDERETRESTI – FLAGITIODEFOR



3A) Folium II recto, columna I: *Scaur. 13–15*: MATOSHABETIS – NEQVEVEROIVD


3B) Folium II verso, columna III: *Scaur. 18–19*: DVMMIHICVM – DISPVTEMQVID






4A) Folium III recto, columna I: *Scaur. 19 – 20*: NONHABVSTI – SOLLICITATOQVE

4B) Folium III verso, columna III: *Scaur. 23 – 25*: VITHOCTVIDEM – QVEININRIAS




5A) Folium IV recto, columna I: *Scaur. 29–30*:
LITVAETNAMAR – RETTVLITQVOD


5B) Folium VI verso, fragmenta scholiorum



6A) Folium V recto, columna I: *Scaur. 34–35*:
SECONSVLENEQ. – LERETENTVSACVNC

6B) Folium V verso, columna III: *Scaur. 39–40*:
NEQVEEGOSARDO – HOROCPERFVGI





7B) Folium VI verso, columna III:
Scaur. 44 – 45:
NOSTRIREIPSA – SCIPIONVMINT

7A) Folium VI recto, columna I: *Scaur. 40*: VMDOLORIPATE – TENEBANTVR